Hic sunt due opi. extreme. vna negatiua que dicit ꝙ cum simplicitate diuina nō stat ꝙ aliquis sit conceptus communis vniuocus deo et creature. de qua dictum est supra distinctione. 3ª. questione pma. Ad hᵒ ponuntur quedam rationes prius non tacte. Prima est ista. illis que sunt totaliter immediate sub extremis contradictionis nihil est commune vniuocum deus ⁊ creatura sunt totaliter ⁊ immediate sub extremis cōtradictionis. s. dependere non dependere. causatum ⁊ nō causatum. esse ab alio ⁊ non ab alio. ergo nihil est eis commune vniuocum.

Item secundo sic. ⁊ est cōfirmatio alterius rationis. Omnis conceptus communis est neuter respectu illorum quibus est communis. sed nullus est conceptus neuter respectu contradictoriorum quia est alter eorum. ergo ⁊c. Item 3° sic. quia primo diuersa in nullo conueniunt. sed deus est pmo diuersus a quacunqꝫ creatura: alioquin haberet q̄ conueniret ⁊ q̄ differret. ⁊ ita non esset simpliciter simplex. ergo deus in nullo conuenit cum creatura. ⁊ ita nec in aliquo concepto communi. Item 4° sic. vbi tantum est vnitas attributōnis non potest esse vnitas vniuocatōnis. sed oportet ponere vnitatem attributionis creature ad deū in ratione entis. ergo in hoc non est vniuocatio. Ad hoc adduci

ntentio Diony. de diuinis nominibus
qui ponit tres gradus cognoscendi deū
.per eminentiam.per causalitatem.ꝛ p
abnegationē. ꝛ ponit illaꝫ cognitionem
per abnegationē esse vltimā quando re-
mouentur a deo omia illa que sunt cō-
munia creaturis.ergo non intelligit ipe
ꝙ aliquis conceptus qui est abstractus
a creaturis remaneat i deo ſm ꝙ fuit cō
munis creature. Ad hoc etiā ē Aug.
8°.de tri.c.2°. vel.10. Cum itaqꝫ inquit
audis bonū hoc ꝛ bonū illud q̄ possūt
alꝰ dici etiam non bona si potueris sine
illis que partipatōne boni bona sunt p-
spicere ipm bonū cuius pticipatōne bo
na sunt.simul enim ꝛ ipm intelligis cuꝫ
audis hoc aut illud bonū:si ergo potu-
eris illis detractis per seipm perspicere
bonum perspexeris deū. ꝛ si amore ad-
heseris continuo beatificaberis.hec ille
igitur vult dicere ꝙ intelligēdo hoc bo-
num ꝛ illud bonū intelligendo illud bo
num cuius participatōne illa sunt bona
hoc autē est bonū infinitū.ergo non ha
beo tantum ibi conceptuꝫ boni in com-
muni sed etiā boni per essentiā. Con
tra istam positionem sunt due ratōnes
que tacte sunt superius distinctione.3a.
questione prima.vna quia tunc nō pos-
set conceptus ille ꝓprius deo causari in
intellectu nostro.quicquid enim est na-
turaliter mouens intellectuꝫ nostrū pro
statu isto siue intellectus agens siue fan-
tasma siue species rei intelligibilis habꝫ
pro effectu adeq̄to causare in nobis con
ceptum illius quidditatis ꝛ eorum que
continentur in tali quidditate essentiali
ter vel virtualiter.conceptus autem ille
ꝓprius deo neutro modo cōtinetur in
ista quidditate nec essentialiter nec vir-
tualiter. Qꝫ non essentialiter patet quia
negas vniuocationem. Qꝫ non virtuali
ter probo.quia pfectius nunꝗ continet
in minus perfecto .g° nunꝗ habet in via
conceptus proprius deo.quod falsuꝫ est
ergo conceptus vniuocus deo ꝛ creatu
re potest haberi. Respōsio aliquorū
ad hanc rōnem est ꝙ ens ratuꝫ facit no
ticiam de se inquantum ens ratum est.
hoc est inquantum est relatum ad ṗmū
ens.ꝛ ita concipere illud sub ratōne illa
non est concipere illud sub ratione abso
luta.sed sub ratione relata ad primum
ens.relatio autem habet causare in itel
lectu conceptum correlatiui siue relatō
nis correspondentis.ꝛ cum non concipi
atur vt in se subsistens relatio correspō
dens concipietur aliquo modo virtute
istius fundamentū illius relatōnis. Cō
tra istud argumentum videtur stare.qꝛ
si est dare aliquod adequatum obiecto
a nobis naturaliter cognoscibili ꝛ intel-
ligibili qualitercūqꝫ sit p̄sens intellectui
nostro potest facere conceptū de se et de
his que includit essentialiter vel virtua
liter.ꝛ ſm iam dicta nullo modo inclu
ditur illud absolutum quod est funda-
mentum relationis in deo. vt probo.er
go sequitur ꝙ nullo modo fiat in nobis
conceptus illius absoluti. ꝛ ita nullum
conceptum alicuius absoluti poterimꝰ
de deo habere naturaliter .probatio as-
sumpti.quia licet dicta responsi ꝙ rela-
tio in creaturis ṗus naturaliter concipi
atur ꝙ̄ relatio sibi correspōdens vl' fun-
damentum relationis correspondentis.
quod credo esse falsum. quia terminus
relationis naturaliter p̄intelligitur rela
tioni sicut ꝛ fundamentum. licet etiam
supponat ꝙ res creata rata non intelli-
gitur a nobis nisi inquantuꝫ relata. qđ
improbatum est distinctōne.3a.questio
ne de vestigio. ꝛ videtur esse ꝯ Aug. 7°
de tri.c.4°.vel.32° omnis res ad se subsi
stit quāto magis deus.loquit autē ibi đ
subsistentia vt qua naturalr est res crea
ta ꝛ naturaliter in se subsistit.alioq̄n nō
esset argumentū.si omis res ad se subsi-
stit quāto magis deus si ideꝫ accipiat in
p̄missa ꝛ in cōclusione. His inquam
obmissis que forte ab aduersario nega-
rent.arguo sic.Relatio in creatura licet

habeat in virtute sua causare conceptū
relatōnis sibi corrn̄dentis. tñ illa relatō
correspōdēs sibi nō includit in se aliquē
ꝯceptū absolutū in quo fundet. qꝛ rela-
tio dei ad creaturā que est tm̄ rōnis nō
includit in se essentiā diuinā vel aliquā
ꝑfectionē absolutā in deo. q̄ ꝑfectio rea
liter est ipa essentia. quā tñ essentiā vl' ꝑ
fectionē absolutā oportet ponē esse fun-
damentū relatōis dei ad creaturā. ⁊ ita
nō posset per relatōnes istas causari in
nobis aliqˢ ꝯceptus de ꝑfectionibꝰ ab-
solutis nisi relo altera haberet in se vir-
tualiter illud absolutū: qd̄ est ꝓpria per
fectio dei. qd̄ est ipossibile. Istud etiaꝫ
probat. qꝛ ſm eos eēntia diuina non est
nata facere de se nisi conceptū vnicū in
intellectu. g̊ nō est natus habere de ea ni
si vnicus ꝯceptus realis. hec ꝯn̄a proba
tur. qꝛ oēm ꝯceptū realē natū haberi de
ea q̄tuꝫ ad intelligentiā simplicē ipa na
ta est facē in intellectu. hͦ eni cōpetit ob
iectis impꝑfectioribꝰ. Ulterius infero. er-
go quodcūqꝫ obiectū natū est facē de il-
la essentia aliquē ꝯceptū realē natū ē fa-
cere illū vnicū q̇ natus est haberi de ea.
qꝛ si nō illū tūc nullū de ea. sed nulla cre
atura potest illū vnicū causare. qꝛ tunc
ex creatura posset cognosci sub rōe qua
est hec essentia singularis. ergo per nul-
lam creaturā ſm illam opinionē potest
haberi aliqˢ ꝯceptus singularis de eēn-
tia diuina. Scd̄a ratio tacta in qōne
ṗdicta erat de ꝯceptu vno certo ⁊ duo-
bus dubijs qui certus est cōmunis illis
Rn̄det ibi tripliciẗ. Primo q̄ aliqˢ cō
ceptus idē est certus ⁊ dubius. vt cōcep-
tus Sortis ⁊ Plato. dubius est. concep
tus alicuiꝰ homis certus: ⁊ tñ iste ⁊ ille
est idem. Hoc nihil est. quia licet ꝯcep-
tus idē possꝫ diuersificari penes modos
grāmaticales ⁊ logicales. grāmaticales
vt penes quoscūqꝫ modos significandi
logicales vt penes quoscūqꝫ modos cō-
siderandi diuersos. sicut spēs vniuersa-
le ⁊ ꝑticulare. vl' penes explicite ⁊ impli
cite. explicite sicut diffinitio expͥmit. im
plicite sicut diffinitū expͥmit. ⁊ per ista
differētias pn̄t poni nō tantū certitud
⁊ incertitudo. sed etiā veritas ⁊ falsita
cōgruitas ⁊ incōgruitas. tñ q̄ idem co
ceptus eodē mō cōceptus q̄tum ad iste
modos sit certus ⁊ dubius hoc est ide
oīno affirmare ⁊ negare. g̊ si cōceptus
ente est certus. ⁊ cōceptus de ente creat
⁊ increato est dubius: nō est hoc ꝓpte
modos significādi diuersos grāmatic
les. nec penes diuersos modos cōcipi
di logicales. vel igiẗ erit simplr̄ alius c
ceptus ⁊ alius qd̄ est ꝓpositū. vel cōce
tus diuersificat penes modū cōcipiend
ꝑticularis ⁊ cōmunis. qd̄ est etiā ꝓpo
tum. Aliter diciẗ q̄ sūt duo ꝯceptꝰ. si
ꝓpinqui tamē ⁊ ꝓpter istā ꝓpinquit
tem vident esse vnus. ⁊ est certus ḋ vn
hoc est de illis duobus ꝯfuse ꝯceptis
certus est ḋ illis sub vnitate ꝯceptis. d
bius est aūt ḋ illis duobus distincte co
ceptis. Contra quando nō pn̄t ali
ꝯceptus ꝯcipi sub vnitate nisi simul v
ṗus naturaliẗ cōcipiant sub distinctōn
ꝓpria sibi que supponit illi vnitati no
potest intellectus esse certus de eis inq
tum habēt illā vnitatē. ⁊ dubius de e
inquantū sūt distincti. sed intellectꝰ cō
piens ens dictū de deo ⁊ creatura si si
duo cōceptus nō p̄t hr̄e ꝯceptꝰ istos ſ
aliquā vnitatē nisi ṗus naturaliter h
beat eos vel simul sub rōne distinctoꝝ
ergo nō posset esse certus de eis sub rō
vnius dubitādo de eis sub rōne mult
ruꝫ. ꝓbatio maioris. qꝛ si certitudo e
de aliquo cōceptu vel de aliqbus cōce
tibus dubitando de. a. ⁊. b. vel cum d
bitatōne de a. ⁊. b. ille vnus vel illi du
cōceptus cōciperent ṗus naturaliẗ sb̄ e
rōne sub qua eēt certitudo de illo vl' d
illis q̄ concipiant. a. ⁊. b. ergo per opp
situ si nō potest cōcipi aliquid de. a. ⁊.
nisi sub distinctōne sibi ꝓpria concipiē
tur nō pōt intellectus esse certus de e
sub rōne alicuius vniꝰ, ⁊ dubius sub r

ne distinctõnis. ꝓbatio minoris. ens in
deo ⁊ ens in creatura si sũt duo ꝯcept⁹
habẽtes attributionẽ nõ possunt cõcipi
inquantũ hñt vnitatẽ attributõnis nisi
bus natura vel saltẽ simul ꝯcipiat iste ⁊
ille inquantũ distincti. puta iste sub pro
pria rõne ⁊ ille sub ꝓpria rõe. qꝛ isti sꝫ
ꝓprijs rõnibus sũt fundamẽta vnitatis
ordinis ⁊ attributõis. Confirmat istõ
per argumentũ phi. 2°. de ania. d̃ sensu
cõmuni quẽ ꝯcludit esse cõmunẽ per co
gnitionẽ differẽtie albi ⁊ dulcis ex cuius
differẽtie cognitõe ꝯcludit ꝙ cognoscit
extrema. Si eni posset cognoscẽ ista sub
rõne hui⁹ respect⁹ q̃ est differẽtia absqꝫ
hoc ꝙ ea cognosceret sub ꝓpria ratõne
tũc argumentũ suũ valeret. ergo similit̃
in ꝓposito non pñt simul cognosci. a. ⁊
b. sub rõne illius vnitatis ordis nisi co-
gnoscatur a. sub ꝓpria rõne. ⁊. b. sub ꝓ-
pria rõne cum per te nihil sit eis cõmu-
ne. ⁊ ita quicũqꝫ intellect⁹ concipit istos
duos sub vnitate ordinis cõcipit eos di
stincte vt distinctos in se. 3° modo re
spondet ꝙ nõ est certitudo de conceptu
aliquo vno ⁊ dubitatio de duobus. sed
est certitudo de duobus disiunctis ⁊ du
bitatio de alterutro illoꝝ. vtputa cert⁹
sum ꝙ hoc ens est substãtia vel accidẽs
dubitãdo tamẽ determinate vtrum sit
hoc ens vt substantia: vel illud ens qđ ẽ
accidens. Contra. ista certitudo pre-
cedit omnem apprehensionem quorũ-
cunqꝫ diuidentium ipsum ens. ergo pre
cedit certitudinẽ de toto disiuncto. ante
cedens probatur. quia non oportet in p̄-
ma apprehensione qua scit hoc esse ali-
q̃d: vel ens apprehẽdere a se vel ab alio
per se vel in alio. ⁊ sic de alijs disiũctis.
Contra illud etiam est tertium argu
mentum superius dictum. quod erat d̃
inquisitione intellectus quam habem⁹
de deo per naturalem inuestigationem
in qua illas rationes creature que dicũt
perfectionem de se separamus ab imper
fectione cum qua sũt in creaturis. ⁊ eas
sm̃ se acceptas consideramus vt indiffe
rentes. ⁊ eis attribuimus perfectionem
summaꝫ. ⁊ sic acceptas in summo attri
buimus eas creatori vt proprias sibi. et
ita arguit Augustinus. 15. d̃ trinitate. c.
4°. vel. 6°. ac per hoc: quoniam rebus
creatis creatorem suum sine dubitatio-
ne prenouimus oportet eum et summe
viuere ⁊ cuncta sentire atqꝫ intelligere.
hoc probat ipse ex hoc ꝙ dixit ante ca°.
5°. ꝙ viuentia non viuentibus sensu pre
dita non sentientibus. intelligentia non
intelligentibus: immortalia mortalibus
bona malis: incorruptibilia corruptibi
libus: immutabilia mutabilibus: inuisi
bilia visibilibus: incorporalia corporali
bus: beata miseris preferenda videam⁹
Quod argumentum non videtur valẽ
si talia vt preferuntur in creaturis non
essent eiusdem rationis cum illis que ta
lia in summo attribuuntur deo. Cõ
similia argumenta frequenter habẽtur
a doctoribus ⁊ a sanctis. ita eniꝫ forma-
liter ponitur in deo intellectus ⁊ volun
tas ⁊ non tantum absolute sed cum infi
nitate. ita ⁊ potentia: sapientia: ⁊ liberũ
arbitrium ponitur in deo. ⁊ Ans. de li-
bero arbitrio ca°. primo reprehendit il-
lam diffinitionem de libero arbitrio q̄
est potestas peccandi. quia sm̃ eum tũc
sm̃ hoc non esset in deo liberũ arbitriũ
quod est falsum. que improbatio nulla
esset si sm̃ aliam rationem omnino di-
ceretur liberum arbitrium de deo ⁊ cre
atura. Hec est etiaꝫ via Diony. quia
quando in tertio gradu peruenit ad istã
cognitionem per remotõnem quero an
p̄cise cognoscatur ibi illa negatio: ⁊ tũc
non plus cognoscitur deus q̃ chimera
quia illa negatio est cõmunis enti et nõ
enti. aut etiam ibi cognoscitur aliq̃d po
sitiuũ cui attribuitur illa negatio. et tũc
de illo positiuo quero quomodo cõcep
tus eius habetur in intellectu. si eni non

habetur in intellectu per viã causalitatis
ꝛ eminentie aliquis conceptus ꝑus cau-
satus in intellectu nihil omino positiuũ
cognoscetur cui attribuatur ista negatio
Confirmatur etiã ista ratio. quia nõ
dicimus deum formaliter lapidem sed
formaliter sapientẽ ꝛ tamẽ si precise con
sideretur attributio cõceptus ad ꝯceptũ
ita potest formalit̃ lapis attribui ad ali-
quid in deo vt ad ydeam suam sicut sa-
pientia. Et si dicas ꝙ de deo concludi
mus aliquid per rationem effectus: vbi
sufficit tm̃ ꝓportio ꝛ nõ similitudo.
Hoc nõ respondet sed confirmat argu-
mentum. quia cõsiderando deum sb̃ ra
tione cause ex creaturis bene cognoscit̃
ꝓportionaliter. sed hoc modo non cog-
noscitur aliqua perfectio de deo que est
in creatura formaliter sed causaliter scꝫ
ꝙ deus sit causa talis perfectõnis. attri-
buta autem sũt perfectiones simpliciter
dicte de deo formaliter. ergo talia cog-
noscuntur de deo nõ solum per viam ꝓ
portionis sed etiam per viam similitudi
nis: ita ꝙ oportet ponere aliquẽ concep
tum communẽ in talibus deo ꝛ creatu-
re qualis non est cõmunis in prima via
cognoscendo deum per viam causalita-
tis. Ad istud ẽ auctoritas phi. 2°. me-
tha[e]. qui arguit ꝑ̇ncipia sempiternorũ
esse verissima. ꝛ ꝓbat hoc per istã maio
rem. quia vnũquodqꝫ ẽ maxime tale ꝑ
qḋ alijs inest vniuocatio ꝛ exemplificat
de igne. ꝛ ex hoc cõcludit ꝙ sempiterno
rũ ꝑ̇ncipia necesse est esse verissima. ista
ꝯsequẽtia nõ valet nisi virtute istius mi
noris. ꝙ ꝑ̇ncipia illa sempiĩna sũt causa
vniuoca veritatis in alijs. si. n. accipitur
in minori ꝙ illa ꝑ̇ncipia sũt ꝑ̇ncipia eq̃-
uoca vel analoga erũt quatuor termini
in sylogismo philosophi. quod non est
verisimile.

Ad argumenta.

opi. opposite. Ad ꝑ̇mum aũt intelli-
git in minori ꝙ illa sũt sub extremis cõ-
tradictionis totaliter: hoc est ꝙ ꝑcise si
illa extrema contradictionis. ꝛ sic mi
est falsa. deus. n. nõ est precise hoc scꝫ n
ab alio. quia ista negatio dicit̃ de chim
ra nec creatura est precise ista negatõ
nõ necesse esse. quia hoc etiam conuen
chimere. sed tam deus ꝙ̃ creature est
quid cui conuenit alteꝝ extremum co
tradictõnis. accipe tũc maiorem ꝙ qu
cũqꝫ sũt talia quibus conueniunt ext
ma contradictionis ipa nõ vniuocãt
in aliquo. ista maior est falsa. nam om
per se diuidentia aliquod commune
talia ꝙ de ipis dicuntur extrema cõt
dictionis ꝛ tamen vniuocantur in ip
diuiso. ita in ꝓposito possunt ista ꝑ̇m
tota recipere predicationem contrad
tionis: ꝛ tamen possunt habere aliqu
substratum illis extremis illius cont
dictionis quod est cõmune ambobus
Ad confirmationem de neutro di
ꝙ conceptus communis duobus est n
ter formaliter. ꝛ ita concedo cõclusion
ꝙ conceptus entis non est formaliter
ceptus creati nec increati. si autem int
ligatur ꝙ iste conceptus est ita neuter
neutrum contradictoriorum dicatu
eo falsum est. ita est in rationali ꝛ irra
nali ꝙ conceptus animalis neuter ẽ fo
maliter ꝛ tamen illud quod concipit
non est neutrum sed vere est alteruꝫ i
rum. alterum enim contradictoriorum
dicitur de quolibet. ꝛ tamen non op
tet quemlibet conceptum esse forma
alterum conceptum contradictorio
Ad scḋm patebit in secũdo articu
ꝙ deus ꝛ creatura non sunt ꝑ̇mo diu
sa in conceptibus tamen sũt ꝑ̇mo diu
sa in realitate. quia in nulla realitate c
ueniũt ꝛ quõ esse possit cõceptus ꝯmu
sine conuenientia in re vel in realitat
sequenti dicetur. Ad aliud de att
butione dico ꝙ attributio sola non p
nit vnitatem vniuocatõnis. quia vni
attributionis minor est vnitate vniu
cationis: ꝛ minor vnitas non conclud

maiorem. tamē minor vnitas potest sta re cum maiore vnitate. sic que sunt vnū genē sūt vnū specie. lz vnitas generis sit minor ꝙ̄ vnitas spēi. ita hic concedo ꝙ vnitas attributōnis nō ponit vnitatem vniuocatōis. pōt tn̄ stare cū ea lz hec for maliter nō sit illa. Exemplū. spēs eiusdē generis hn̄t essentialē ordinē siue attribu tionē: ad primū illius generis ex. io. mec. 7 tamē cum hoc stat vnitas vniuocatō nis rōnis generis in ipis speciebus. ita 7 multo magis oportet esse in ꝓposito ꝙ in rōne entis in qua est vnitas attributi onis attributa hēant vnitatē vniuocati onis. qr nūꝙ̄ aliqua comparant vt mē surata ad mēsurā. vel excessa ad excedēs nisi in aliquo vno cōueniant. sic eni cō paratō simplr est in simplr vniuoco. 7° phy. ita omis cōparatio est in aliqualit vniuoco. qn̄ eni dicit. hoc est pfectius il lo. si querat quid pfectius oportet ibi as signare aliqd cōe vtriqz. ita ꝙ omis ꝯpa ratiui determinabile. cōmune est vtriqz extremo cōparatōnis. nō eni homo ē p fectior homo ꝙ̄ asinus: sed pfectius aial 7 ita si aliqua comparant in entitate in qua est attributio vni9 ad alterꝫ hoc p fectius est illo quid pfectius ens pfecti9. g oportet entitatē esse aliquo mō cōem vtriqz extremo: ita etiā posset argui de numero vel de distinctione. qr omia nu merata vel discreta hn̄t aliqd cōmune. sicut vult Aug9. 7. de tri. c. 4. vel. 26. si tres psone cōmune est eis illud qd est p sona. ita ꝙ determiabile termini nūera lis semp est cōe omibus numeratis fm Aug. Et cum arguit de Diony. patz ꝓus in 3° articulo ꝙ intentio Diony. est ad oppositū. qr in tertio gradu nō stat in sola negatōne: sed in aliquo positiuo cōceptu a creatura accepto cui attribui tur illa negatio. Ad Augm. rn̄deo ꝙ illud bonū cuius pticipatōne alia bona sunt qd intelligit intelligēdo hoc bonū vel illud. vel pōt poni vle ad oia bona. 7 tūc eius pticipatōne sūt alia bona sic species pticipant genus: vel aliquod in ferius pticipat supius: vel pōt intelligi bonū per essentiā cuius vt cause partici patōne alia bona sunt. 7 tūc verū est ꝙ intelligendo illud bonū intelligo bonū per essentiā in vli sicut intelligendo hoc ens: intelligo ens vt partē cōceptus. 7 in ente intelligo qdcunqz ens in vli. Et cuz subdit. si potes illd per se nosse. dico ꝙ ly perse si refert nō ad actū cognoscendi sz ad obiectū. puta ꝙ cognoscat illd bo num qd cognosco in vli cum ista deter minatōne per se. s. ꝙ conciperē bonū cū tali determinatōne ꝙ sit bonū nō depē dens: 7 bonū per essentiā intelligo deū: nō tantū in cōceptu cōmuni sed in con ceptu ꝓprio. Et tūc per hoc ꝙ dicit per se ꝯtrahit bonū qd erat cōe 7 fit ꝓpriuz deo. 7 isti inherendo per fruitionē est be atitudo loquēdo de beatitudine vie. qr iste ꝯceptus est pfectissim9 quē possum9 habere in via concipiendo deū nālr. Et ista apparet eē intētio Aug. 8°. de tri. c. 2°. vel. 7°. vbi dicit. Noli querere quid sit veritas. statim eni se opponent caligi nes imaginū corpalium 7 nubila fantas matū 7 perturbāt serenitatē que primo ictu diluxit tibi cū dicerez veritas. qd n̄ esset verū si oīno esset alius cōceptus en tis vel boni in deo a ꝯceptu illoꝝ in cre atura. tūc eni bene esset querendū quid veritas. qr tūc esset veritas querenda q̄ est ꝓpria deo nec obijcerēt se illi fantas mata perturbātia cōceptū veritatis vt est ꝓpria deo. quia iste cōceptus nō ha bet fantasmata sibi correspōdentia. per turbant eni cōceptū veritatis vt ꝯuenit deo loquēdo de veritate in cōmuni. sic alias expositū est. Si autē aliqui ꝓ teruiāt vnū esse conceptū entis 7 tamen nullum esse vniuocū isti 7 illi. Istud nō est ad intentionē istius qōnis. qr ꝙ̄tum cunqz illud quod cōcipit sit fm attribu tionē vel ordinē in diuersis. si tamen de se conceptus vnus est ita ꝙ nō hz aliam rōnem fm quā dicitur de hoc 7 de illo

ille conceptus est vniuocus. Si etiā alio modo proteruiat aliquis ꝙ conceptus denominatiuus non est vniuocus. quia ratio subiecti non est ratō predicati. Hec videtur instantia puerilis. q2 vno modo predicatum denominatiuū est medium inter predicatum vniuocuz ⁊ equiuocum. Alio modo vniuocuz et equiuocum sunt immediata apud logicum. Primum verum est: accipiendo predicatum vniuocum ⁊ quod vniuoce ꝓdicatur. hoc est. s. ꝙ ratio eius sit ratio subiecti. ⁊ isto modo denomiatiuuz non est vniuocum. 2m etiam veruz est: intelligendo de vnitate ratōnis eius qō predicatur. sic vniuocum est cuius ratō est in se vna: siue illa ratio sit ratio subiecti: siue denominet subiectum siue per accidens dicatur de subiecto. equiuocū autem cuius ratio est alia quomodocūꝗ3 illa ratio se habeat ad subiectuz. Exemplum. animal est vniuocum nō tantum vt dicitur de speciebus suis: sed vt determinetur per differentias. quia habet vnum conceptum determinabilem per eas. ⁊ tamen non dicitur de differentijs vniuoce hoc est in quid. ita ꝙ ratio eius sit ratio differentiarum quomodo vniuoce dicitur de specicbus. Ista etiaz altercatio nihil est ad propositum. quia si ens dicatur ꝯm vnum conceptum sui de deo et creatura: oportet dicere ꝙ ratio entis sit ratio subiecti. dicetur enim de vtroꝗ3 in quid: ⁊ ita erit vniuocum vtroꝗ3 modo.

Alia ē opinio affirmatiua in alio extremo que ponit deuz in genere. ⁊ habent per se auctoritatem Dam̄. in elemētario. c. 10. supra. ⁊c̄. Iteȝ Boetij in libello suo de tri. vbi videtur dicere ꝙ duo genera manent in diuinis hoc non potest intelligi tantum ꝯm modum aliquem similem predicandi. quia

15. de trinitate. c. 4°. dicit Augꝰ. sic. si cam eternus immortalis incorruptibilis: immutabilis: viuus: sapiens: pot speciosus: iustus: bonus: beatus: spi horum omnium nouissimum quod sui quasi tantuz videtur significare su stantiam. cetera vero huius substan qualitates. Item idem. 5°. ō trinitat 8°. vel. 22°. videtur dicere ꝙ actō pro issime conueniat deo. ergo non tant manent modi predicādi similes du istis generibus. ⁊ ita videtur ꝙ opor intelligere Boecium de illis duobus neribus in se ꝙ maneant. 3°. ad h videtur auctoritas Auerroys. x°. m commento. 7°. ⁊ incipit textus vbi p losophus dicit aliquam esse vnam mam substantiam que sit mensura rum. commentator vult ꝙ ille sit ṗm motor. ergo sicut in alijs generibus mum est aliquid illius generis. ita mus motor est aliquid de genere sub tie. Ad hoc ratio prima ponitur lis. quia potest concipi substantia c ta ⁊ substantia increata. ⁊ neuter co ptus ē simpliciter simplex. ergo resol do remanebit ratio substātie indiffe ad vtrunꝗ3 contrahens. ⁊ sic indiffe ter accepta videtur esse ratio generi

Secunda ratio est. quia multa en simplicia ponuntur in genere sicut a li ꝯm ponentes eos eē immateriales. cidentia etiam ꝯm ponentes ea esse s plicia. ergo simplicitas dei nō exclu ab eo rationē generis.

Teneo opinionem meam mediam. ꝙ cum simplicitate stat ꝙ aliquis sit conceptus commu sibi ⁊ creature. non tamen commu vt generis. Prima pars probata arguendo contra primam opinione

Secundam parteȝ probo p Aug 7°. de trinitate. c. 5°. vel. 32°. Manife

ſt deum abuſiue ſubſtantiam vocari.
ratio ſua ibi eſt. quia ſubſtantia dicitur
quod ſubſtat accidentibus. abſurdum
vero eſt ꝙ deus alicui accidenti ſubſtet.
hec ratio ſic tenet. Non enim intelligit
ꝙ ratio ſubſtantie ſit ſubſtare accidenti
bus vt ſubſtantia eſt genus. quia premi
ſit ibi ꝙ abſurdum eſt ꝙ ſubſtantia rela
tiue dicatur. Sed ſubſtātia vt eſt genus
eſt limitata ſicut ſtatim poſtea probabi
tur. omnis autem ſubſtantia limitata
capax eſt accidentis. ergo ſubſtātia que
cunq3 que eſt in genere poteſt ſubſtare
alicui accidenti. deus non. ergo ⁊c̃. Itē
arguit Auic. 8°. metha. c. 4°. ꝙ deus nō
eſt in genere. quia genus eſt pars. deus
autem ſimplex eſt non habens partem
⁊ partem. ergo deus non eſt in genere.
Iſte due probationes ſunt ſimul per au
ctoritatem ⁊ per rationē. Nunc oſtē
do propoſitum duobus mediis. Et decla
rantur ex his que ſunt ꝓpria deo. Pri
mo ex ratione infinitatis. Secūdo ex
ratione neceſſe eſſe. Ex primo arguo
dupliciter. Primo ſic. conceptus habēs
indifferentiam ad aliqua ad que nō po
teſt conceptus generis eſſe indifferens:
non poteſt eſſe conceptus generis. Sed
quicquid dicitur communiter de deo ⁊
creatura eſt indifferens ad finitum et in
finitum loquendo de eſſentialibus: vel
ſaltem ad finitum ⁊ non finitum loquē
do de quibuſcunq3. quia relatio diuina
nec eſt finita nec infinita. nullum autem
genus poteſt eſſe indifferens ad finitum
⁊ infinitu3. ergo ⁊c̃. Prima pars mi
noris patet. quia quicquid eſt in deo ꝑ
fectio eſſentialis eſt formaliter infinitu3
in creatura vero finitum. Secunda3
partem minoris probo. quia genus ſu
mitur ab aliqua realitate que ſm ſe eſt
potentialis ad realitatem a qua accipit
differentia. ſed nullum infinitum eſt po
tentiale ad aliquid: vt patet ex dictis in
queſtione precedenti. Aſſumptum hoc
patet auctoritate Ariſto. 8°. methaͤ. c.
5°. oportet terminum .i. diffinitionem
eſſe orationem longam. quia ſignificat
aliquid de aliquo. ita ꝙ oportet illud
eſſe materiam: ⁊ illud formam. Ap
paret etiam per ratōnem. quia ſi illa re
alitas a qua accipitur genus eſſet vere
tota quidditas rei. ſolum genus com
plete diffiniret. genus etiam ⁊ differētia
non diffinirent. quia ratio ex eis non in
dicaret primo ide3 diffinitio. vnaqueq3
enim res eſt ſemel ipſa. Et ideo illa ratō
que bis exprimeret eam non indicaret
primo idem diffinito vel quidditati illi
us rei. Hanc rationem aliqualiter per
tractando intelligo ſic. ꝙ in aliquibus
creaturis genus ⁊ differentia accipiun
tur ab alia ⁊ alia re. ſicut ponendo plu
res formas in homine animal accipitur
a ſenſitiua. ⁊ rationale ab intellectiua.
Et tunc illa res a qua accipitur genus
vere eſt potentialis ⁊ perfectibilis ab il
la re a qua accipitur differentia. Alē
quādo ibi non ſunt res ⁊ res ſicut in ac
cidentibus. ſaltem in vna re eſt aliqua
prima realitas a qua ſumitur genus. et
alia realitas a qua ſumitur differentia
dicatur prima. a. ſecunda. b. a. ſm ſe eſt
potentiale ad. b. ita ꝙ preciſe intelligen
do. a. ⁊ preciſe intelligendo. b. a. vt intel
ligitur in primo inſtanti nature in quo
preciſe eſt ipſum eſt perfectibile per b. ſi
cut ſi eſſet res alia. Sed ꝙ non perfici
tur realiter per. b. hoc eſt propter idem
ptitatem .a. ⁊. b. ad aliquod totum cui
realiter primo ſunt eadem. quod q̇dem
totum primo producitur. ⁊ in ipo toto
ambe iſte realitates producuntur. ſi ta
men altera iſtarum ſine altera produce
retur vere eſſet potentialis ad eā ⁊ vere
eſſet imperfecta ſine alia. Iſta autē com
poſitio realitatū potentialis ⁊ actualis
mi̅ma eſt que ſufficit ad rōnem generis
⁊ diīe. Et iſta nō ſtat cū hoc ꝙ quelibet
realitas in aliq̊ ſit infinita. Realitas enī

ſi eſſet de ſe infinita quantũcunqȝ p̄ciſe
ſumpta non eſſet in potentia ad aliquā
realitatem. igiť cum in deo quecunqȝ re
alitas eſſentialis ſit formaliter infinita:
nulla ē a qua formaliter poſſit accipi ra
tio generis. 2°. ex eodem ſic. Concep
tus ſpeciei non eſt tantum conceptus re
alitatis ⁊ modi intrinſeci eiuſdem reali
tatis. quia tũc albedo poſſet eſſe genus
⁊ gradus intrinſeci albedinis poſſent eē
differentie ſpecifice. illa autem per q̄ cō
mune aliqnod ɔtrahitur ad deũ ⁊ crea
turam ſnnt finitum ⁊ infinitum que di
cunt gradus intrinſecos ipſius. ergo iſta
ɔtrahentia nō poſſunt eſſe vere differen
tie nec cum contracto conſtituũt. ita cō
poſitum conceptum ſicut oportet cōcep
tum ſpeciei eſſe conpoſitum. imo conce
ptus ex tali contractu ⁊ contrahente eſt
ſimplicior ꝙ̄ poſſit eſſe conceptus ſpeciei
Ex iſtis mediis de infinitate habȝ eui
dentiam ratio Auguſti. ſuperius tacta:
de ſubſiſtere accidenti Habet etiā eui
dentiam ratō Auic. 8°. metha. de ptia
litate generis. ſupra tacta. quia nunquā
eſt genus ſine aliqua partiali realitate i
ſpecie que non pōt eſſe in vere ſimplici.
Arguo ergo 3° ex 2° medio. ſ. ex rati
one neceſſe eē. Et eſt argumentũ Auic.
8°. metha. ca°. 4°. Si neceſſe eſſe habȝ
genus. ergo intentio generis vel erit ex
ſe neceſſe eſſe vel non. Si primo mō tũc
non ceſſabit quouſqȝ ſit ibi differentia.
Hoc intelligo ſic: ꝙ genus tunc include
ret differentiam. quia ſine illa non eſt
in actu vltimo. ⁊ neceſſe eſſe ex ſe eſt i ac
tu vltimo. Si autem genus includat
totam differentiam tunc non eſt genus.
Si detur ſcōm membrum ſequiť ꝙ ne
ceſſe eſſet conſtitutum ex eo quod non ē
neceſſe eſſe.

Quo ad illud qđ

additur in queſtione de quocunqȝ for
maliter dicto de deo. dico ꝙ nihil tale ē
in genere ꝑpter idem. quia nihil dicitur
de deo formaliter quod eſt limitatu[r]
quicquid autem ē alicuius generis qu[e]
cunqȝ ſit illius generis ē neceſſario li[mi]
tatum. Sed tunc ē dubiũ qualia ſ[int]
illa predicata que dicunť de deo for[ma]
liter vt ſapiens bonus. ⁊c. Rndeo
ens ꝑus diuiditur in infinitum ⁊ fini[tum]
ꝙ̄ in decem genera. quia alterꝫ iſtoru[m]
ſcȝ ens finitum eſt ɔmune ad decem [ge]
nera: ergo quecunqȝ conueniunt enti [ut]
indifferens ad finitum ⁊ infinitum vl [ut]
eſt ꝓprium enti infinito conueniun[t]
bi non vt determinatur ad genus ſed [ut]
prius. ⁊ per conſequens vt eſt tranſc[en]
dens ⁊ extra omne genus. quecunqȝ [ſunt]
cōmunia deo: ⁊ creature ſunt talia [que]
conueniunt enti vt eſt indifferens ad [fi]
nitum ⁊ infinitum. vt enim conueniu[nt]
deo ſunt infinita. vt creature ſũt fini[ta].
ergo illa per prius conueniũt enti ꝙ̄ [ens]
diuidatur in decem genera. ⁊ per con[ſe]
quens quodcunqȝ tale eſt tranſcende[ns].
Sed tunc eſt aliud dubium quon[iam]
do ponitur ſapientia trāſcendens: cũ [non]
ſit ɔmunis omibus entibus ⁊ tranſc[en]
dentia videntur ɔmunia omnibus.
R°. ſi. de ratōe gener generaliſſimi nō [eſt]
ſe hr̄e plēs ſb ſe ſpēs ſed nō hr̄e aliō [ſu]
ueniēs gen°. ſic h° p̄dicamentũ qn̄. q[r]
hȝ ſupueniēs gen° ē gnāliſſi[m]: lȝ pauc[as]
hēat ſpēs aut nullas. ita trāſcendēs c[ui]
cũqȝ nullũ hȝ gen° ſb q̄ ɔtineať. Sȝ q[uod]
ſũ ſit cōe ad mlta iferiora h° accidit.
pȝ ex alio: qr ens n̄ tm̄ hȝ paſſiōes ɔuer[ti]
biles ſimplices ſic vnũ verꝫ bonũ ⁊c. [ſed]
hȝ aliq̃s paſſiōes vbi oppoita diſtigu[un]
ɔ ſe ſic nece eē vl poſſi. act° vl pō ⁊ h[uiuſmodi].
Sic aũt paſſiōes ɔuertibiles ſũt trāſc[en]
dētes qr ɔſequũť n̄ ens inꝙ[m] determiať [ad]
aliqō gen°. ita ⁊ paſſiōes diſiũcte ſũt [tran]
ſcēdentes. ⁊ vtrũȝ mēbꝫ illi° diſiũcti [eſt]
trāſcēdēs. qr neutꝫ detiat ſuũ detiab[ile]
ad certũ gen° ⁊ tn̄ vnũ membꝫ illi° [di]
iũcti ē ſpēale formaliť n̄ ɔueniēs niſi v[ni]
enti. ſic nece ē i iſta diuiſiōe nece l poſ[ſibile]
⁊ infinitũ i iſta diuiſiōe finitũ l infinitũ ⁊[c].

Jta etiam potest sapientia esse tran
scendens ⁊ quodcunqꝫ aliud quod est
cōe ⁊ deo ⁊ creature. licet aliquod tale
dicatur de solo deo ⁊ de nulla creatu-
ra. aliquod autē de deo ⁊ creatura ali
qua. Non oportet autē transcendēs vt
transcendens dici de quocunqꝫ ente: ni
si sit ꝯuertibile cum primo transcendē-
te. s. cum ente.

Alij probāt quar
to modo deū non esse in genere. quia
cōtinet in se perfectōnes omnium gene
rum. Sed istud argumentū non va
let. qꝛ continens aliquid continet illud
per modū sui. Substantia. n. que mo
do est genus generalissimum vt accipi
tur ꝓ omnibus speciebus inferioribus
continet virtualr̄ omnia accidentia. ita
ꝙ si deus sola indiuidua sbaruꝫ causa-
ret: illa haberent in se virtutē vñ cau-
sarent oīa accidentia. Et tamē non pro
pter hoc negantur substantie create eē
in genere. quia continet virtualiter acci
dentia per modum sui non per modū
accidentium. igitur ex hoc solo ꝙ deus
continet perfectiones omniū generum
non sequitur ipm non esse in genere.
Sed ex absoluta infinitate dei hoc seq̄
tur sicut prius dictum est. Sed con
tra hoc instat ꝙ infinitas simpliciter nō
concludit ꝓpositum. quia philosophꝰ
6° topicoꝝ increpat diffinitionem li-
nee recte. hanc. s. Linea recta est cuius
medium non exit extrema. per hoc ꝙ si
infinita linea esset: recta esse posset. nō
autem haberet tunc medium nec extre
ma. non ē autē aliqua diffinitio incre-
panda. quia non conuenit illi quod im
possibile est esse in genere. ergo non est
impossibile lineam infinitam esse in ge
nere. Et per ꝯñs infinitas nō necessario
excluditur a genere. Rñdeo primo
ad intentionem auctoris ꝙ linea recta
est quoddam totum per accidens. Et si
hoc totū diffiniatur assignabitur vna
diffinitio correspōdens linee. ⁊ alia cor
rñdens recte. illud quod corñdebit re-
cto loco diffinitionis non contradicet
formaliter infinito. qꝛ rectum non con-
tradicit formaliter infinito. ⁊ cuicunqꝫ
repugnat formaliter diffinitio eidē re-
pugnabit ⁊ diffinitum. Quod aūt ī dif
finitione illa quam increpat phus assi-
gnatur tanq̄ diffinitio recti est hoc ha
bere medium inter extrema. istud for-
maliter repugnat infinito. ergo oportꝫ
ꝙ si diffinitio ista esset bona ꝙ rectum
formaliter repugnaret infinito. Sꝫ h°
est falsū lꝫ virtualit̄ repugnet infinito
quatenus sbm suum. s. linea formalit̄
repugnat infinito. non ergo intendit di
cere phs ꝙ linea infinita potest esse ī ge
nere. sed ꝙ rōni recti non repugnat for
maliter infinitas. Et ideo illa diffi°
cui repugnat formaliter infinitas non
est recti inq̄tum rectum. Non. n. incre-
passet istam. Linea recta est longitudo
sine latitudine cuius extrema sunt duo
puncta eque ꝓtensa. quia hic eēt aliq̄d
repugnans infinitati. sed illud assigna-
retur tanq̄ ratio linee non tanq̄ ratio
recti. ⁊ tunc bene assignaret. quia cum
ipi linee repugnet ifinitas bene assigna
retur diffinitio sibi corñdens: cui repu
gnat infinitas. Sed alia est difficul
tas ad rem. vtrum linea infinita possit
esse in genere q̄titatis. ⁊ si sic. non vidē
tur videre due rōnes sumpte ex infini-
tate. Rñdeo. nunq̄ ad summum in
inferiori sequitur summum in superio
ri nisi illud inferius sit nobilissimū cō
tentū sub illo superiori. Sicut non se-
quitur perfectissimus asinus ergo per-
fectissimum animal: sed gratia materie
sequitur perfectissimus homo ergo per
fectissimū animal. quia homo est per
fectissimū animaliū igitur non sequit̄
optimum siue perfectissimum ens ad ꝑ
fectissimum aliquid eorū que continē
tur sub ente nisi illud sit simpliciter ꝑ-
fectissimum sub ente. quantitas autem

non est tale nec aliquid alicuius generis.
qr quodlibz ē limitatum. immo nihil
est tale nisi qd̄ ē pfectio simpliciter qd̄
ex se pōt esse ifinitū. ⁊ iō nō sequit pfec-
tissima quātitas. ergo pfectissimū ens nec
etiā sequitur de aliqua re alicuius gene
ris sed tamen sequitur pfectissima veri
tas vel bonitas ergo perfectissimū ens.
Ita eum infinito qd̄ non tm̄ dicit pfec-
tiōem summā. sed etiam non possibilē
excedi. non sequitur infinitum ens nisi
precise ad infinitum tale: quod est per-
fectissimum in quo est ratio entis. qd̄
s. dicit pfectionem simpliciter. Et ideo
licet esse quantitas infinita in ratione
quantitatis: cuz tamen quantitas nō sit
perfectō simpliciter: non sequitur ꝙ sit
infinitum ens. quia non sequitur ꝙ sit
ens quod nō potest excedi i perfectione
esset igitur infinita linea in genere quā-
titatis. quia esset limitatum ens simpli
citer ⁊ excessum simpliciter a perfectio
ri ente. sed infinitum ens simpliciter n̄
potest esse in genere. Et ratio est. quia p̄
ma infinitas non tollit omnez potenti
alitatem quam requirit ratio generis.
sed tm̄ ponit infinitatem secundum q̄d
alicuius imperfecte entitatis in qua ut
illa est bene potest esse cōpositio in quo
cūq̄ gradu illa ponatur. sed secunda ne
cessario tollit omnem potentialitatem
sicut prius declaratum est. Contra
ista obijcitur. quia tunc ponuntur con
tradictoria concedendo conceptum cō-
munem dictum in quid de deo ⁊ crea-
tura: ⁊ negando deum esse in genere.
Omnis enim conceptus dictus in quid
si est conceptus cōmunis. vel est concep
tus generis. vel diffinitionis. alioquin
erunt plura predicata quā docuit Aris.
in primo thopicorum. Ad istud dico
ꝙ non sunt contradictoria quod patet
auctoritatibus Augusti. 7° de trini. ca°
ubi prius. ubi negat eum esse substanti
am. ⁊ tamen concedit ꝙ proprie ⁊ vere

est essentia. sed si esset conceptus aliqui
equiuocus essentie ut conuenit deo
creature. ita posset esse conceptus equi
uocus substantie ⁊ posset dici substan
tia sicut essentia. Similiter Auic. 8°
methaphysice. ca° quarto ubi negat d
um esse in genere concedit ipsum ibi e
substantiam. i. ens non in alio. Et ꝙ a
cipiat ens non equiuoce ab illo conce
tu secunduz quem dicitur de creatur
videtur per ipsum primo methaphy
ubi dicit ꝙ ens in se non habet princ
piuz quapropter scientia non inquir
principia entis absolute. sed alicuius e
tis. Si autez ens haberet alium c
ceptum in deo ⁊ creatura bene entis e
set principum secundum se quia ent
secundum vnum conceptum esset ip
ens principium secundum alium co
ceptum. Cum autem arguis si est
ctum in quid. igitur est genus vel dif
nitio. Respondeo Aristo. octauo m
thaphysice docet quale predicatum d
tum in quid sit diffinitio. inducit eni
ibi contra ydeas Platonis dicta an
stenicorum. quos in hoc opprobat d
centes terminum esse rationem long
Et post subdit quare substantie est c
ius contingit esse terminum ⁊ ration
puta cōposite. siue sensibilis fuerit si
intellectualis. primorum autem ex q
bus hoc non est supple diffinitio. Et
dit rationem. Si quidem aliquid
aliquo significat ratio diffinitiua. h
debet intelligi virtualiter non forma
ter sicut alias dictum est. Et subdit o
hoc quidem esse ut materiam. illud
ro ut formam. Ex quo videtur ibi a
guere ꝙ ydea si poneretur non esset d
finibilis. ⁊ si rō sua aliq̄ mō valēt p
simplicitatem ydee. multo magis ne
ret ipse diffinitionem a deo cuius est
ma simplicitas. sequitur igitur ex au
toritate eius ꝙ nihil est dictum in q̄d
deo vt diffinitio. Ex eodem sequitur

nihil omnino dr de deo in quid vt gen⁹ quicquid enim hz genus potest habere differentiam ꝛ diffinitionē qz. 7. meta. c. 23. aut genus nihil est preter species. aut si est. est quidem vt materia. ꝛ tunc cuius est genus oꝫ ipsū ponere posse habere differentiam tāq̄ formā. si igit aliquid ē dictū ḋ deo in quid. arguēdo ex auctoritate Ari. cōstructiue nō destructiue. sequitur q̄ illud nō sit genus nec diffinitio. sed cum infers est genus vł diffinitio. quia Arist. nō dixit eē aliqua p̄dicata in quid dicta. g̊ nō sunt alia. arguis ab auctoritate destructiue. ꝛ ē fallatia ꝯntis. Sed dices tunc Arist. nō tradidit sufficienter omnia predicata i quid dicta. Rn̄º. phus in primo tophicoꝝ. distinxit predicata ꝓpter distinctōnem ꝓbleumatū. qꝛ diuersa ꝓblemata habent diuersum moduꝫ t̄minādi ex diuersitate predicatoꝝ. non ergo enumerat ibi omnia predicata. quia n̄ differentiam specificam. lꝫ differentiam generalem collocauerit sub genere. ꝛ tn̄ differentia specifica habet propriaꝫ rationem p̄dicādi. Spēs etiā hꝫ ꝓp̄a rationem ꝑdicati aliam a diffinitōne alioq̇n male poneret porphy. quinqꝫ vniuersalia. Non igit insufficient distixit ibi Arist. predicata. qꝛ distinxit oīa de quib⁹ ꝓbleumata querēda requirūt specialem artem terminādi: quā ibi intendebat tradere. transcendentia auteꝫ non sūt talia predicata. quia non sunt ḋ eis specialia ꝓbleumata. ꝓbleuma. n. presupponit aliquid certuꝫ ꝛ querit dubium ex. 7. metha. c. ul. Ens autem ꝛ res imprimuntur in anima ꝑma impressione. ſm Aui. ꝑmo metha. c. 5. ꝛ ideo ḋ cōceptibus illis cōīssimis non sūt problemata p se terminabilia. Nō enim igitur oportuit ea videlicet numerari inter predicata ꝓbleumatuꝫ. Sꝫ nūq̇d Arist. ista predicata generalia nusquā docuit. Respondeo ex octauo metaphy. docuit nihil dici de deo vt genus ex auctoritate preallegata. Et tamē docuit vniuoce dici de deo ꝛ creainra veritatem secūdo metha. sicut supra allegatum est. principia sempiternoꝝ eē verissima ꝛ in hoc docuit entitatem vniuoce dici de deo et creatura. quia subdit ibi secūdo methaphysice quod sicut vnumquodqꝫ se habet ad esse sic ad veritatem. patet etiam secundum eum q̄ si ens dicatur de deo q̄ hoc erit secundum quid. ergo in istis docuit implicite aliquod predicatum trāscendēs dici in quid. ꝛ non esse genus nec diffinitionem. ꝛ aliqua predicata transcendentia dici in quale vt verum. ꝛ non esse propria. nec tamen accidentia secundum quod ista vniuersalia competunt speciebus aliquoꝝ generum. quia nihil quod est alicuius generis conuenit deo aliquomodo. Docuit etiaꝫ idem aliquomodo quarto thopicoꝝ. in fine si sequitur aliquid semper ꝛ non conuertitur. difficile est separare quod non sit genus. ꝛ subdit potest vti eo vt genere quod semper est consequens cuꝫ non conuertatur quasi dicat hoc expedit opponenti. ꝛ subdit deinde. alio autem protendente non in omnibus obedire. quasi dicat hoc expedit respōdenti non concedere omne consequēs non conuertibile esse predicatuꝫ vt genus. Et si non loqueretur de predicato dicto in quid non haberet apparentiam illud quod ipse docet opponentem vti tali vt genere. ergo innuit ibi quod aliquid est commune predicatum dictum in quid. quod non est genus. Et q̇ḋ loquitur ḋ predicatione in quid. videtur per exempla sua. tranquillitas est quies. predicatio enim in abstractis non est p̄dicatio in quale. vel denominatiua. ergo ꝛc.

Ad argumenta·

pro 2ª opi. Ad Dam̃. Rñdeo. lȝ ml
ta uerba dicat in diuersis locis q̃ videt̃
dicere deũ eẽ in genere: vnũ tñ vbuȝ qȯ
dicit in elementario caº 4º. soluit oĩa.
ibi eni dicit sic. Substantia q̃ continet
supsubstancialit̃ increatam deitatẽ ꝯg
noscibilit̃ aũt ꝛ contentiue omnem cre
aturam generũ est genus. non igitur di
cit substantiam que est generum conti‑
nere contentiue deitatem sicut continet
creaturam sed supersubstantialiter. hº
est accipiendo illud qȯ est perfectionis
in substantia ſm ꝙ est genus ꝛ reliquẽ
do illud quod est imperfectionis. quo‑
mȯ dicit Auic. 9º metha. deũ esse ens
per se. Ad Boetium dico ꝙ nusq̃ i
uenitur dicere in libello illo ꝙ duo ge‑
nera manent in diuinis nec breuiter ge‑
nera nec differentia generum. nec etiaȝ
modi eorum. nec rationes eorum ma‑
nent ibi. quia sicut genera ꝛ ea que in
eis sunt limitata sunt. ita ꝛ modi ꝛ rati
ones eorum loquendo de rationibus
prime intentionis que fundantur i istis
quia in limitato non potest aliquid fũ‑
dari nisi limitatuȝ. dicit tamen Boetiꝰ
in libello suo de trini. caº primo. ꝙ enu
meratis ꝑdicatis hec si quis in diuinaȝ
ꝑdicationẽ cõuerterit oĩa mutãt q̃ mu‑
tari possunt. ad aliq̃d vero oĩno ñ mu‑
tat̃ ibi. Et. ĩ. eẽntia cõtinet vnitatẽ rela‑
tio multiplicat trinitatẽ. Et ex istis ac‑
cipit ꝙ inuat sb̃aȝ ꝛ relatõem manere i
diuinis. Sed exꝑsse dicit ibi. ꝙ nec sb̃a
que ẽ genus nec aliq̃d eius manere ibi
dicit eni cum dicimꝰ deus. sb̃aȝ signifi‑
care videmur. sȝ eã q̃ sũt ultra sb̃aȝ. q̊
mȯ Dam̃. sb̃am dixit substãtialit̃. Intẽ
dit ergo ꝙ duo modi ꝑdicandi sunt in
diuinis. s. ꝑdicati relatiui ꝛ essentialis.
quos modos Augꝰ. magis exꝑmit 5º ȯ
trini. coº 6º uł. io. ad se ꝛ ad aliud ꝛ oĩa
ꝑdicata formaliter dicta de deo sub al
tero istoꝝ membrorum cõtinent̃. Sed
sub primo membro continentur m[a]
predicata que habent similem mo[d]ȝ
predicandi qualitati ꝛ q̃tati non a[ ]ẽ
sola illa que habent similem modu[ ]ꝑ
dicandi illis que sunt ȯ predicamẽt[o] ſb
stantie. sub secundo autem membr[o] cõ
tinentur omnia que habent similẽ [m]o
dum predicandi quibuscũq3 relati[ui]s
siue sint relatiua proprie siue non.
Sed quare omnia essentialia dican[tu]r
precise predicari secundũ substanti[a]m
ꝛ contra ea distinguantur predicat[a] di
cta ad aliquid cum tamen illa predi[c]a‑
ta dicta ad aliquid transeant per i[de]m
ptitatem in substantiam sicut ꝛ ea.
Ratio assignabitur in sequenti qu[esti]o
ne de attributis. dubtatione secũd[a] ꝯ‑
tra solutionẽ principalẽ. Ad A[ui]
dico ꝙ non videtur habere intenti[o]nẽ
magistri sui Aristꝰ. quia Aristꝰ. i[n] 3º
4º illius decimi qu[e]rit an i substan[ti]s
sit aliquid vnum quod sit mensur[a] ali
orum. an hoc ipsum vnum. Et [ꝓ]
bat ex intentione contra Platone[m] ꝙ
non sit ipsum vnum. sed aliquid cui
cõuenit ipsum vnuȝ sicut est de om[ni]‑
bus aliis generibus loquendo de [n]o
ꝛ de oibꝰ aliis mẽsuratis i illis gene[ri]bꝰ
Et concludit in fine. quare si qui[de]m
in passionibus ꝛ qualitatibus ꝛ qu[an]‑
titatibus ipsum vnum aliquid v[nu]m
sed non hoc ipsius substantie. sed i [su]b
stantiis necesse est similiter se habe[re] si
militer enim se habet i omnibus. S[u]p
quam litteraȝ ponit cõmetator ve[rb]a
preallegata. Sed si primus m[ot]or
poneretur mensura ipsius generis [su]b
stantie hoc ipsum vnum poneretu[r] mẽ
sura. quia primus motor propter [si]m‑
plicitatem suam multo verius esse[t] hꝰ
ipsum vnum q̃ ydea Platonis. Q[u]id
igitur est mensura prima ipsius ge[ne]ri
Rñdeo aliqua substantia illius [ge]ne
ris prima cui conuenit vnitas. no[n] est
autem primus motor mensura itri[n]ca
illius generis sicut nec aliorum. qu[i]e‑

nus tamen eciaȝ est mensura extrinseca omniuȝ. aliquo modo ⁊ immediatius mensura substantiarum que sunt perfectiora entia quam accidentium. que sunt remotiora ab ipsa. nullius tamen generis est mensura intrinseca. Ad pmam rationem dico ꝙ si substantiaȝ abstrahas a creata ⁊ increata nõ accipitur substantia vt est conceptus generis generalissimi. quia increata repugnat substantie hoc modo. quia substantia hoc modo includit limitationem. Sȝ accipitur ibi substantia ꝓ ente in se ⁊ ñ ente in alio. cuius conceptus prior est ⁊ communior conceptu substantie vt est genus sicut patuit per Auicen. vbi. s. Ad aliam rationeȝ concedo ꝙ compositio rei ⁊ rei non requiritur in ente in genere. sed requiritur compositio realitatis ⁊ realitatis. quaꝝ altera ꝑcise sũpta in primo signo nature est in potentia ad alteram ⁊ pfectibilis per alteraȝ. talis aũt cõpositio nõ põt esse realitatis infinite ad realitatem infinitam omnis autem realitas in deo est ĩfinita formaliter. sicut supra declaratum est. q. ⁊c.

Ad primum argumentum principale concedo ꝙ iste conceptus dictus de deo ⁊ de creatura ĩ q̃d cõtrahitur per aliquos conceptus dicẽtes quale contrahentes. Sed ipse cõceptus dictus in quid non est cõceptus generis. nec illi conceptus dicentes quale sunt conceptus differentiaꝝ. quia iste conceptus q̃dditatiu⁹ est cõis ad finitũ ⁊ infinitũ que cõitas non põt eẽ in ꝯceptu generis. Isti etiã conceptus cõtrahentes dicũt modũ intrinsecum ipsius contracti ⁊ non aliquã realitatẽ pficienteȝ illam. differentie aũt non dicũt modũ intrinsecum realitatis alicuius generis qꝛ in quocũqȝ gradu intelligatur aialitas non propter hoc inuenitur rõnalitas vel irrõnalitas eẽ modus intrinsec⁹ aialitatis. sed adhuc intelligit aialitas in tali gradu vt pfectibil' a rõnalitate vel irrõnalitate. Sȝ hic ẽ vnũ dubiũ. quõ põt conceptus ꝯmunis deo ⁊ creature realis accipi nisi ab aliqua realitate eiusdem generis. ⁊ tunc videtur q̃ sit potẽtialis ad illam realitatem a qua accipitur conceptus distinguens vl' differẽtie. sicut prius argutum est de conceptu generis ⁊ differẽtie. ⁊ tunc stat argumẽtũ supius factum ꝓ prima opi. ꝙ si eẽt aliqua realitas. distinguẽs in re ⁊ alia distincta videt ꝙ res sit cõposita qꝛ hȝ aliquid q̊ conueniat ⁊ quo differat. Rñ. ꝙ qñ itelligitur aliqua realitas cũ mõ intrĩseco suo. ille cõcept⁹ nõ est ita simpliciter simplex q̃n possit cõcipi illa realitas absqȝ mõ illo. sȝ tũc ẽ conceptus ipfectus illius rei põt ẽt ꝯcipi sub illo⁰ ⁊ tũc ẽ ꝯceptus pfectus illius rei. Exem si eẽt albedo sub. io. gradu intentionis q̃tũcũqȝ esset simplex oĩno in re posset tamen cõcipi sub rõe albedinis tãte ⁊ tũc pfecte cõcipet ꝯceptu adequato illi rei vel possȝ ꝯcipi precise sub rõe albedinis. ⁊ tũc concipietur ꝯceptu impfecto ⁊ deficiente a perfectione rei. ꝯceptus aũt impfectus posset eẽ ꝯmunis illi albedini ⁊ aliĳ. ⁊ cõceptus pfectus ꝓprius eẽt. requiritur igitur distinctio inter illud a quo accipit ꝯceptus cõmunis ⁊ illud a quo accipit cõceptus ꝓprius non vt distinctio realitatis ⁊ realitatis. sed vt distinctio realitatis ⁊ modi ꝓpriĳ ⁊ intrinseci eiusdẽ. que distinctio sufficit ad habẽdũ pfectũ ꝯceptũ vel impfectũ de eodẽ quoꝝ impfectus sit cõis et pfect⁹ sit ꝓpꝰ. sed ꝯceptus generis ⁊ differẽtie requirũt distinctionem realitatum nõ tm̃ eiusdem realitatis pfecte ⁊ impfecte concepte. Istud potest sic declarari. si ponamus aliquem intellectum perfecte moueri a colore ad intelligendum. realitatem coloris ⁊ realitatem differẽtie quantuncunqȝ habeat pfectum cõceptum adequatum prime realitati ⁊ non tamen habet in hoc conceptum

realitatis a quo accipitur differentia.
nec econuerso. sed habet ibi duo obiec-
ta formalia qua nata sunt terminare cō
ceptus proprios distinctos. Si autē
tm̄ esset distinctio in re sicut realitatis
sui modi intrinseci rei. non posset intel
lectus habere ꝓprium conceptum illi⁹
realitatis ⁊ non habere conceptum illi
us modi intrinseci rei saltem vt modi.
sub quo conciperetur. licet ille modus
non conciperetur sicut de singularita-
te concepta ⁊ modo sub quo dicitur cō
cipi vt patet alibi. Sed in illo perfe-
cto conceptu haberet vnum obiectum
adequatuꝫ illi. s. rem sub modo. Et
si dicas saltem conceptus communis ē
indeterminatus ⁊ potentialis ad spe-
cialem conceptum. ⁊ realitas ad realita
tem vel saltem non erit infinitus. quia
nullum infinitum potentiale ad aliqd
Concedo ꝙ conceptus ille communis
deo ⁊ creature est finit⁹. hoc est non ē ꝺ
se infinituſ positiue. ita quod ꝺ se inclu
dat infinitatem. quia si eēt infinitus nō
eēt cōmunis de se finito ⁊ infinito. nec
est de se finitus positiue. ita ꝙ de se iclu
dat finitatem. q2 tunc non competeret
infinito. sed est de se indifferens ad fini
tum ⁊ infinitum ⁊ iō est finitus negati
ue. i. nō ponens infinitatem. ⁊ tali fini-
tate ē determinabilis per aliquem ꝯce-
ptum. Sed si arguas ḡ realitas a q̄
accipitur est finita non sequitur. nō. n.
accipitur ab aliqua realitate vt concep
tus adequatus realitati. siue vt perfect⁹
ꝯceptus illi realitati adequatus. sed di
minutus vl' impfectus intm̄ etiam ꝙ si
illa realitas a qua accipitur videtur ꝑ
fecte ⁊ intuitiue. intuens ibi nō haberꝫ
distincta obiecta formalia. scilicet rea-
litatem ⁊ modum. sed idem obiectum
formale. tamen intelligens intellectio-
ne abstractiua propter intellectionis il
lius imperfectionem potest vnum ha-
bere pro obiecto formali licet non ha-
beat alterum. Istud etiam potest vl

terius declarari si cuiuslibet vniuers
ponitur esse propriuꝫ indiuiduum p
ta in re proprium indiuiduum anim
lis proprium indiuiduum hominis
cetera. tunc non tantum conceptus g
neris est potentialis ad conceptum d
ferentie: sed proprium indiuiduum g
neris est potentiale ad proprium in-
uiduum differentie: si autem accipia-
proprium indiuiduum huius conce-
tus ens: quod indiuiduum est in dec
proprium indiuiduum huius quo
infinitum: idem indiuiduum est ne
potentiale ad se ipsum. Sed salt
queres quare entitas non habet pr
um indiuiduum in re quod sit in p
tia ad indiuiduum determinantis
primo intelligatur hoc ens quam i
nitum. Respondeo ꝙ quando
quid de se esse ⁊ non tantum capa
lius esse: tunc etiam est de se haben
libet conditionem necessario requ-
tam ad esse. ens autem vt conuenit
s. ens per essentiam est ipsuꝫ esse in
tum ⁊ non aliquid cui tm̄ conuenit
sum esse. ⁊ ideo ex se est hoc ⁊ ex se i
tum. vt quasi per prius intelligatur
quo modo infinitas esse modus ent
tis ꝑ essentiam ꝙ ipsum intelligat h
esse. ⁊ ideo non oportet querere quō
ens sit infinitum quasi prius conue
at sibi singularitas ꝙ infinitas. ⁊ it ē
vniuersaliter in his. que possūt esse
tia per essentiam non per participa
nem tale primo determinatur ex se
sit tale per essentiam. ⁊ ut sit infinit
tale ⁊ ut sit hoc de se. Et si argu
diuiduum includit indiuiduum ḡ co
mune includit cōe. ḡ si hoc ens inclu
infinitatem hanc. ⁊ ens in cōi inclu
infinitatem in communi. Rn̄deo co
quentia non valet. quia indiuiduu
cludit perfectionem aliquam quaꝫ
includit continue ⁊ per illam perfec
nem potest formaliter includere infi
tum. ⁊ tamen commune ex ratione

ceptus communis non includit illum ut conceptum inclusum: sed est aliquo modo determinabile per ipsum.
Ad auic. secundo metha. patet per ipsum quarto metha. ut dictum est. Ad Dam. quinto patet per magistrum distinctione. 19. quia ponit ibi speciem p aliqua similitudine speciei ad indiuidua. ē tamen maior dissimilitudo secundum Augustinum. ꝛ ideo Augustinus de trini. negat ibi speciem sicut et genus. Unde illa distinctio Porphirij. species dicitur que predicatur de pluribus in quid. debet intelligi ꝙ in illis pluribus plurificetur species secunduȝ naturam. in personis autem diuinis n̄ plurificatur natura diuina. Spēs etiam secundum se habet realitatem correspondentem sibi potentialem ad propriam realitatem indiuidui. essentia diuina nullomodo est potential' ad relationem sicut dictum fuit supra distinctione quinta questione secūda.
Ad vltimū de sapientia. dico ꝙ non ē spēs generis vt transfertur ad diuina. nec fm illam rationem trāsfertur. sȝ fȝ rōeȝ sapiētie vt ē trāscēdēs quō aūt rōe pōt eē trāscēdēs dictū ē supius in so. principali articulo. 3. Dubiū tm̄ ē de hac sapia q̄ ē in nobis. vtꝝ sit īdiuiduū sapie trāscendentis ꝛ qualitatis an alterius tm̄. ꝙ nō vtriusqȝ videt. q2 nihil idē ptinet sub diuers p̄dicatis dictis in q̄d de eo non sub alternis. sapia aūt trāscēdens ꝛ qualitas nō sub alterna sūt g̊ ꝛc̄. Itē sapientia trāscēdēs ē passio entis. g̊ ens non d2 de ea in q̄d nec ecōuerso. ex di. 3. igitur nec aliq̄d in q̊ includitur sapiētia trāscēdēs includit ens ī q̄d q2 tūc illud eēt ens p accidēs. includēt n. eēntialit̄ rōnem subiecti ꝛ passionis q̄ nō faciūt aliq̄d vnū p se sȝ tm̄ p accidēs. Si hec argumēta valēt vnum vr̄ dandū. s. ꝙ sapiētia in nobis l' sit tm̄ indiuiduū sapiētie trāscēdētis vl' tm̄ generis qualitatis. nō videtur dādū scd̄ȝ q2 tunc nō eēt in nobis pfectō simpliciter qō vr̄ cōtra august. 15. de tri. c. 3. ōis circa nos creatura clamat. ꝛc̄. Si primū det̄ g̊ nō ōis habitus formaliter ē in genere qualitatis. sed omnes sunt trāscēdentes qui important perfectioneȝ simpliciter.

Quero utruȝ cuȝ simplicitate dei possit stare aliquo mō distictō pfectionū eēntialiū p̄cedens aliquo mō omnem actū intellectus. Arguo ꝙ nō. augu. 15. de tri. c. 5. Non sicut in creatura sapiētia ꝛ iusticia sūt due qualitates ita in deo. sȝ que iusticia ipsa est ꝛ bonitas. Ex hoc arguo p̄dicatio in abstractis non ē vera nisi sit per se primo mō. g̊ ista. sapiētia est veritas ē per se primo mō. Et ita nullo mō ē distictio int̄ subiectū ꝛ p̄dicatū. sed subiectum per se īcludit predicatū. q2 hoc pertinȝ ad per se p° mō g̊. ꝛc̄. Contra dam̄. li. p°. c. 4 si iustū si bonū si q̄d tale dixeris nō naturā dicis dei. sȝ que circa nāȝ. dicis āt aliq̄d qō p̄cedit oēm actū intellectus. g̊ ante opus ꝛ actum intellectus est aliquid in deo quod nō est formaliter natura.

In ista questione sunt multe opi. quas non oñis intēdo recitare. sed due sunt tenentes conclusionem negatiuā que tamen inter se differunt vel contradicūt. quoruȝ vtraqȝ ponit ꝙ simplicitate dei non stat distīctio attributorum aliqua nisi tantum rationis. Sed prima ponit ꝙ nec illa potest haberi nisi per respectum ad extra. Secunda ponit istam distictōeȝ rōis posse haberi absqȝ respectu ad extra. Prima innititur isti rōni. q̄ñcūqȝ in vno extremo ē differentia rationis cui corrñdet in alio extremo dr̄ia real' distinctio vl' dr̄ia rationis sumitur per comparationem ad distincta realiter.

Exemplum de distinctione scđm rōem
dextri ⁊ sinistri in colūna que sumitur
p respectum ad distinctionē realē eorū
in aiali. silr de distinctione rōis in pun
cto vt est pricipiū ⁊ finis. que distinctio
sumit per respectum ad lineas realr di
uersas. Sed attributa diuina habent i
creaturis aliqua re distincta sibi corrñ
dentia. vt bonitas bonitatē. sapientia sa
pientiā. ⁊ alia que vere dicunt attribu
ta p que excludūtur quedaz ,ppzietates
diuie. vt sempiternitas ⁊ eternitas que
,ppzie nō sunt attributa. g̃ ⁊c̃. Adherē
tes huic rōni tenent q̧ sic distinguūtur
attributa p respectum ad intellectū no
strū: in tm̄ q̧ illis corrñdentibus i crea
turis circūscriptis nō nisi vnicus ꝯcep
tus ⁊ simplex posset formari de essen[a]
diuina. que unico noie exprimeret. naz
alia nomina si imponerētur aut essent
nomina synonima. quia idem re ⁊ rōe
eēt eis corrñdens. aut vana q2 nihil eis
corrñderet. Modus eorum ponen
di est talis. oibus rōnibus attributorū
que. s. dicunt pfectionē in deo ⁊ in crea
turis. corrñdet in deo vnitas eēntie nō
ꝑm esse qd absolute habz vt dictū est.
sed scđm respectū quē hz ad creaturaz
nō in genere cāe efficientis. sic. n. nulluz
sumit attributum vt sapia q2 sapiaz fa
cit. nec etiā ad remouēdū aliquid a deo
quos duos modos videtur dicere Aui
cen. ⁊ Rabi. Sed inq̄tum essentia diui
na ꝯparatur ad creaturas ꝑm ratōnem
cāe formalis integritatem omnis perfe
ctionis in se continens que disperse ⁊ i
perfecte est in creaturis. ⁊ per hoc ē eēn
tia illa ab omnib9 diuersimode imita
bilis. Ultra. ista opi. dicit q̧ plurali
tas perfectionum attributalium vt ē in
essentia diuina est quasi in potentia. vt
aūt est in cōceptu inte9 est quasi in actu
Exemplum de vniuersali in re ⁊ in itel
lectu: sed diuersimode habent esse ista
plura in diuersis intellectibus. In diui
no quidem ⁊ beato creato ex plenitudi
ne perfectionis illius essentie simplici[...]
ipsa concipitur scđm diuersas rōnes. ⁊
ex hoc prouenit multitudo conceptu[...]
scđm actum in intelligentia. sed ab ite[...]
lectu lumine naturali intelligente con[...]
cipiūtur a posteriori inquātum ex pe[...]
fectionibus realiter diuersis in creatur[...]
format conceptōnes ⁊ perfectiones co[...]
rñdentes in deo ,ppoztionales. nullu[...]
tamen intellectus sine respectu ad illa [...]
portionalia eas actu intelligit. siue a[...]
illis proportionalibus intelligat eas. v[...]
3[9] intellectus. siue non. sed ex essentia v[...]
primus intellectus ⁊ secundus. limitat[...]
autem perfectiones inquantum actu i[...]
intelligentia sunt dicuntur rationes. [...]
dicitur hic ratio conceptio perfectiō[...]
determinate ex respectu ad determin[...]
tam sibi in creatura corrñdentem.

Aliq̄ declarant istam positionem si[...]
q̧ sicut intellectus diuinus apprehēd[...]
suam essentiam scđm rem vnam ⁊ si[...]
plicem. virtualiter tamen oiuz perfec[...]
ones quātuncunq3 limitatas ⁊ deim[...]
natas absq3 limitatione ⁊ defectu co[...]
tinentez: ,ppter quod est imitabilis a [...]
buscunq3 rebus quascunq3 perfectiō[...]
limitatas importantibus: intelligen[...]
illam essentiam vt vnam ꝑm rem. int[...]
ligit tamen illam aliquo modo mul[...]
plicem ratōnem. vel intelligit in vna [...]
multa ꝑm rōnem inquātuz apprehe[...]
dit eam sb alia ratione imitabilez a le[...]
ne ⁊ sub alia rōne ab asino: ⁊ hoc in[...]
tum asinus ⁊ leo scđm diuersas perf[...]
tiones diuersorum graduum ipsam [...]
fectionem diuinam sunt participant[...]
⁊ imitantes vel apti imitari. Ita inte[...]
ctus diuinus suam essentiam scđm r[...]
simplicem: virtute tamen oium enti[...]
perfectiones simplices ⁊ absolutas a[...]
q3 limitatione ⁊ defectu ꝯtinentem a[...]
prehendens vt ,ppter eminentiam su[...]
fectionis eisdem perfectionibus emi[...]
tius est perfecta. intellit illam essenti[...]
vt vnā scđm rem ⁊ multiplici perfec[...]

ne scđm rationem dr̃nte perfectam. Et
si non apprehenderet ꝙ creatura diuer
sis perfectionibus realiter differentibꝰ
perficeretur inq̃ntum est bona ⁊ sapiens
siue ꝙ iste diuerse perfectiones importā
tur in creatura non apprehēderet se sb̓
alia ratione perfectum sapientia. ⁊ sub
alia rõne perfectum bonitate. Nec ap'
prehenderet differentiam rationis iter
suam sapientiā ⁊ suam bonitatem nisi
apprehenderet differentiam scđm rem
sapientie ⁊ bonitatis in creatura. alio'
quin ab vno eodem modo se habente
scđm rem ⁊ scđm conceptum sumeret
vnitas ⁊ pluralitas. Cum igitur essenᵃ
diuina ut in se consideratur non sit nisi
aliquid indistinctū omnino simplex re
⁊ rõne non potest dici ꝙ absq̧ compa'
ratione eius ad aliqua in quibus inue'
nit diuersitas rei vl̓ rationis ꝙ talis di
stinctio esse possit. quia cum apprehen
dit illud quod est omio simplex ⁊ vni'
cum sub rõne qua sibi competit ẜm se
⁊ absq̧ habitudine ad aliquid in quo
sit aliqua distinctio. sicut apprehensuȝ
non est nisi vnum ẜm rem. ita non põt
apprehendi nisi scđm vnam simplicem
rõnem. Nec etiam illa. s. intelligibile et
itelligens potest circa essentiam suam
apprehendere vt differentia quedaȝ ex
comparatione eoꝝ ad inuicem. vel vt
mutuo se respiciētia: nisi iam in sua dif
ferentia existere supponant siue quan'
dā differentiā importātia. Que. n. app̃
hendũtur vt quedā differentia mutuo
se respicientia: ⁊ que etiā operatione in
tellectus vt differētia ad inuicem com'
parant. iam in sua differentia existere
supponũtur. Que auteȝ ex operatione
rõis vel intellectus habent ꝙ sint que
dam entia scđm rõem ⁊ ad inuicem ra
tione differentia. non pñt dici constitui
in tali suo esse ⁊ habere dr̃iam hanc ẜȝ
rõnem ex compatione eoꝝ int̓ se ꝑ ope
rationeȝ rõnis vel inteꝰ. imo ista 2ᵃ ope
ratio p̃mam necessario p̃supponit. ita

ꝙ p̃mo per oꝑationē vnam rõnis in ta
li esse distincto constituũtur. ⁊ 2° ꝑ aliā
oꝑationem intellectus sic distincta ad
inuicem comparãtur. sicut. n. cum res
vere absolute comparãtur ad inuicem
supponũtur habere esse distinctum ẜm
rem. sic etiam cum res rõnis ad inuicē
compantur p̃supponũtur habere disti
ctum eē scđm rõnem. igitur si intellectꝰ
diuinus apprehendit essentiam suaȝ vt
differentē scđm rõnem ab attributis. ⁊
ēt app̃hendat ipa attributa vt dr̃ia ẜm
rõem. ⁊ sub hac differentia ista ad iui'
cem compat. in ipsa ẜm se actualiter sit
illa vt sic dr̃ia. ⁊ sub sua actuali distin'
ctione quā sic habent scđm se. mouent
intellectum diuinū vt ipsa sic distincta
concipiat ⁊ ad inuicem compet hoc au
tem non videtur conueniens. Ratõ
ista confirmatur quecunq̧ eni differũt
aut habent dr̃iaȝ ẜȝ se vel ex seipsis for
maliter ꝑ illud quod sunt ẜm seip̃a abs
q̧ ꝯparatõne ad aliqua realiter differē
tia. ⁊ ista differunt ẜm rem. alia aũt sũt
que habent pluralitatē siue differentiā
ex comparatõe ad aliqua realiter diffe
rentia. ⁊ ista differunt rõne. ⁊ hoc patȝ
in creaturis. Naȝ supposita vnitate for
me specifice scđm rem in illa distinguit
itellectus rõnem generis ⁊ dr̃ie que di
cunt non diuerse res sȝ diuerse rõnes.
Sed hec diuersitas non posset accipi i
illa re vna ⁊ simplici nisi per intellectū
ꝯparet ad aliqua realiter differentia et
scđm quēdam ordinem illi vnice rei cõ
uenientia. vnū ⁊ idem ēt nõ haberet di
uersas rõnes veri ⁊ boni nisi itelligere
⁊ velle illud vnum ⁊ idem sb̓o eēnt ali
cubi actus realiter diuersi ⁊ ad inuiceȝ
ordinati. Hoc etiam pȝ in deo: q2 circū
scripta comparatiõe omnimoda ad di
uersas essentias creaturarum realeȝ di
uersitatē importãtium. essentie diuina
non apprehenderet ab intellectu diuio
sub rõne diuersarum ydeaꝝ vel forma
rum sola rõne differentium. sed sb̓ vna

rõne simplici oio indistincta. Et hec
est intentõ ɔmẽtatoris.12.metha.ɔmẽ.
39.vbi loquens de mã hac dicit ꝙ vita
sapientia ꝛc̃.dicunt ꝓprie de deo.quia
deus dĩ ꝓprie de vere viuens ꝛ sapiens
ꝛc̃.talia aũt ꝛ ɔsilia que significant per
modũ dispositionis ꝛ dispositi in reb⁹
imãlibus reducũtur ad vnum in esse ꝛ
ad duo in ɔsideratiõe. intellect⁹.n.nat⁹
est diuidere adunata in esse.sed in reb⁹
ɔpositis cum disponit ɔpositũ per for
mam:aut cuȝ disponit habentẽ formã
per formam: intelligit vtraqȝ adunata
aliquo modo ꝛ differentia aliquo mõ.
cum autem fuerit ɔsiderata dispositio
ꝛ dispositum in rebus imãlibus tũc re
ducunt ad vnam intentionẽ oibus mo
dis ꝛ nullus modus erit quo p̃dicatuȝ
distinguatur a subiecto extra intellectũ
.s.in esse rei:sed nullaȝ driam intelligit
intellectus int̃ ea in essendo nisi ſm acce
ptioneȝ.s.q2 idem accepit dispositũ et
dispositionem vt duo quoꝝ ꝓportio ẽ
ad inuicem sic̃ ꝓportio p̃dicati ad sb̃m
intellectus.n.potest intelligere idem his
duobus modis ſm similitudineȝ ad ꝓ
positionẽ cathegoricã in rebus compo
sit̃.sicut intelligit multa p̱ silitudinẽ.

Contra istam posi

tionẽ p̱mo arguit sic. Quicquid est per
fectionis simpl'r in creaturis p̱ncipalius
est in deo ex se ꝛ nõ ex respectu aliquo
attributuȝ est simpl'r perfectionis i crea
tura.ita ꝙ simplicit̃ est melius ipm̃ ꝙ̃
non ipm̃.g̊ ꝛc̃.ꝓbatio maioris.perfcm̃
semp̱ est independens ab imperfecto si
cut imperfectum dependens a perfecto
attributalis aũt perfectio in deo est per
fecte.in creatura imperfecte. Similiter
non esset infinite perfectionis simplicit̃
nisi esset continens omnẽ perfectionem
simpl'r sine respectu ad extra. Minor
declarat sic.q2 eniȝ quodlibet creatũ in
esse quidditatiuo est limitatũ ꝛ quelȝ p̱
fectio eius sibi essentialis.iõ a nulla ta

li sumit attributuȝ.pari eni ratione a
liber essentia creata assumeret attribu
tum:sed ab illo qd̓ est perfectio accñta
lis creature:siue in bene esse eius sum
attributuȝ quod dicit perfectioneȝ sim
pliciter in subiecta sb̃a.q2 licet vt nat
ra quedam habeat graduȝ limitatum
tamẽ vt perficiens aliud in bene eẽ ei
nullam limitationẽ importat ꝛ sic ẽ
tributũ.sic etiam in deo non notat p
fectionem p̱mam sed quasi accñtale
in bene eẽ. Aug.15°.de trini.c.5°.si di
mus sapiens speciosus potens spiritu
horum qd̓ nouissimuȝ posui videtur
gnificare sb̃am:cetere vere huius sb̃e
litates. Iteȝ 2° sic.illa non distingu
tur p̱ respectum ad extra quorum q
libet continet essentiã diuinaȝ ſm oẽ
rõnem ydealeȝ:ſȝ quodlibet attribu
ɔtinet essentiam diuinã ſm oẽm rati
neȝ perfectionis idealis.g̊ ꝛc̃.minor p
batur:q2 ratio idealis corrñdȝ perfec
ni creature inq̃ꝫtum ea perficitur in e
quidditatiuo.ꝛ per ɔseq̃ns sb̓ ratiõe
la qua essentia illa est limitata.vnde
ſȝ diuersos grad⁹ limitatiõis distingu
tur.non auteȝ inq̃ꝫtum ista essentia e
perfecta simpliciter.q2 sic correspond
omnibus vnuȝ attributuȝ in deo vt b
nitas aut perfectio simpliciter. Et ex
apparet ꝓbatio minoris.q2 eni quod
bet attributum est perfectio simplicit
ex declaratione minoris ꝓbationis p
me sequit ꝙ quodlibȝ ẽ imitabile ab
gradu limitato.ꝓbatio maioris.tuȝ
cõtinens oẽm ideam equal'r videtur r
picere oẽ ideatum.ꝛ ita per respectu
ad nullũ potest distingui ab alio:q2 s
militer respicit quodlibet.vnde sapi
tia attributũ non magis respicit sapi
ydeatam ꝙ̃ colorẽ ydeatuȝ.q2 vtrun
eque est limitatum nec ab⁹vno mag l
mitur attributuȝ ꝙ̃ ab alio. Item
sic.distinctio attributoruȝ fundamẽ
est respectu distinctõis emanationũ p
sonaliũ:q2 filius ꝓcedit nãliter nasc

do tanq̃ verbum conceptum in intelle
ctu spiritus scũs ꝑcedit liberaliter spirã
do tanq̃ amor ꝯceptus in voluntate. ⁊
non vt verbuȝ quod non potest esse ni
si esset aliqua distinctio intellect⁹ ⁊ vo
lũtatis ad intra. sicut ꝓductio persona
ruȝ ad nihil extra necessario compara
tur. ꝯ ⁊c. Item 4° sic. deus intelligit
essentiã suã inq̃tum vera non inq̃tum
bona. ⁊ vult eam inq̃tum bona non in
quantũ vera. ab eterno etiaȝ intellexit
se intelligere essentiã ⁊ uelle eaȝ. silr sine
respectu ad eã: qꝛ iste actus cõsequitur
imãlitateȝ nãleȝ. ergo sine tali respectu i
cludit essentia sua rõem veri ⁊ boni. et
silr rõnem intelligentis ⁊ intellecti volẽ
tis ⁊ voliti formalr distinctas. ꝯ ⁊c.
Iteȝ 5° sic beatitudo diuina ꝯstitit in
eius actibus pfectis intellect⁹ ⁊ volũta
tis. sȝ oia attributa diuina sese mutuo
respiciunt in pficiendo actus illos: ut pa
tebit. beatitudo autẽ dei a nullo respcu
dependet ad extra. ꝯ ⁊c. Cõtra rõeȝ
eius maior est falsa. tũ qꝛ ita distinguit
essentia diuina rõne ab attributo: sicut
vnũ attributũ ab alio. nunq̃d sequitur
ꝯ essentia vt essentia nõ est ibi nisi ex res
pectu ad extra. Tum qꝛ bonũ ⁊ veꝝ in
creatura distinguũtur distinctione ra
tionis. a quib⁹ igr re distinctis sumitur
hec distinctio a nullis. sed a võ ⁊ bono
in deo q̃ rõne differũt. Tũ 3°. qꝛ vbi est
mera distinctio rõnis nõ reqritur respe
ctus ad aliq̃d extra. sicut est in diffinitõ
ne ⁊ diffinito. ⁊ talis est distinctio in at
tribut qualia sũt obiecta intelligẽtie di
uine dzia rõe lȝ sint vnius actus intelli
gẽdi in deo. Qñ eni requirit respectus
ad extra tunc distinctio ptiȝ est ab intel
lectu ptiȝ aliũde. ⁊ hoc vl a diuersis cir
cũstantib⁹ extra diuersimode. vt pȝ i ex
emplis adduct de colũna ⁊ pũcto. vel
ab eodẽ diuersimode circũstante vt i 2ª
instãtia pȝ ꝯtra maiorẽ. Itẽ ꝯtra mi
norẽ illius rõnis arguit sic. cũ oia attri
buta ptineant ad itellectum ⁊ volunta
tẽ que sũt ꝑncipia emanationũ: ad per
sonas distinctas realiter põt reduci di
stinctio attributoꝝ. ita ꝙ illa que perti
nent ad intellectum habent respectũ ad
gignitionem verbi. que autem ad volũ
tatẽ habẽt respectum ad spirationem.
vt sicut intellectus creature naturalr nõ
distinguit hec ⁊ illa nisi ex respectu ad
aliqua in creatur ad quas reflectit oẽȝ
suum intellectum sic intellectus diuin⁹
⁊ beatus ex respectu ad personas ad q̃s
dirigit oẽm suũ intellectũ.

Alia est positõ que di
cit ꝙ
eẽntia diuina absolute cõsiderata inq̃
tum nã aliqua vel essentia nullã hȝ di
stinctionem rõnis nisi quasi in potẽtia
ꝯmẽta. 12. metha. multiplicitas rõnum
in deo non est nisi in intellectu tm̃ non
in re. ꝯsiderata aũt non in se sed inq̃tũ
veritas. put. s. habȝ esse in intelligẽtia
potest duplr accipi. aut inq̃tuȝ mouet
intellectũ quasi simplici intelligentia. ⁊
sic adhuc concipitur per rõem sue sim
plicitatis nec habȝ aliquã pluralitateȝ
nisi quasi in potentia. aut inq̃tum intel
lectus post istã apprehensionẽ negociat
circa ipam pluralitatẽ attributoꝝ qua
si reducenda ipa de potentia ad actum
ꝑmo° intellect⁹ nãlis ad ipaȝ nõ ptingit
sȝ ꝯcipit ipaȝ pticulati in attribut ꝯcep
tis ex creatur fȝ istã opi. 2°° inte⁹ bea
tus q̃i pª actõe itelligẽdi capit eã. 3°°
q̃i inte⁹ idẽ ꝯponẽs ⁊ diuidẽs ⁊ inte⁹ di
uinus vnico ⁊ simplici intuitu distiguit
rões ꝯtẽtas in essentia q̃ ex sua pfectiõe
sũma oẽs pfectões simplr sola rõne vel
operatione intellectus distinctas conti
net. Iste rationes attributorum q̃s
intellectus de simplici essentia diuersos
conceptus format non sunt nisi respcũ
fundati in cẽntia. qꝛ cõceptũ pluriũ ab
solutoꝝ intra eã impedit simplicitas. ⁊
sunt conceptus plures ne concept⁹ sint
synonimi. ⁊ in essentia ne sint vani. sed

nō sūt respect⁹ ad extra ut ꝓbatū ē. sed
ad intra. sic attributa dīna ptinēt ad in
tellectum uel voluntatem. que ad itel
lectuꝫ mutuo ad intra se recipiūt. simi
liter que ad volūtatem mutuo se respi
ciunt. inquātū hec ⁊ illa cadunt sub ap
prehensione itellectus qui itellectus ꝑ°
simplici itelligentia concipit essentiam
ut essentia est. deinde negociando circa
eam concipit videlicet eam ut intellec
ta ē. ⁊ ut itelligēs. ⁊ ut ratio intelligēdi.
Ita ꝙ essentia inquātum essentia respi
cit alia ut in qua enim sunt fundata. ut
vero est concepta ⁊ mouens intellectuꝫ
ad intelligendum. dicitur veritas cuius
propria ratio est ut respiciat essentiam
ut essentia est. sicut illud cuius est decla
ratiua. ⁊ intellectum ut cui habet decla
rare. ⁊ actum intelligendi ut quo habet
declarare. ⁊ sapientiam ut habitum q̊
intellectus habilis est ut sibi declaratio
fiat. Ipsa vero essentia ut per actum in
telligendi est conceptiua sui ipsius est i
tellectus. ⁊ respicit verum ut per quod
manifestatur essentia que concipitur si
militer de actu ⁊c̄. ⁊ sic etiam de perti
nentibus ad volūtatem. A summa vni
tate eē̄ntie ordinate secundum moduꝫ
concipiendi primo concipiuntur diuer
se rationes attributorum. ⁊ inter illa
adhuc est ordo secundum quem media
atius uel imediatius ordinātur ad ema
nationes. deinde concipiuntur emanati
ones ⁊ ibi est status ad intra. deinde se
quuntur omnes respectus ad extra qui
sunt per accidens. sicut autem distinctō
relationum realium ad sua corrn̄dētia
sic relationum rationalium ad sua cor
rn̄dentia ⁊ totum ad intra. secundum
illud argumentum qd̄ fuit ꝓ hac pte.

Contra istam opi

Arguitur p rationes illas quas adduxi
contra primam opi. Primo per 3^am
quia ꝑꝫ eos distic° perfectionū attribu
taliuꝫ est fundamētū respectu distictōis

emanationū sꝫ distictio emanationū
realis pꝫ. nulla aūt distictō real ꝑexig
ncc̄io distictiōꝫ q̄ tm̄ ē ratiōis. sicut n
aliquid qd̄ ē pure reale ꝑexigit aliq̄ q
est mere ens rōnis. g̊ distinctio attrib
torum non est tātū rationis sed aliqu
mō ex natura rei. Assumptum prob
quia ens reale quod distinguitur cōt
ens rōnis est illud qd̄ ex se habet esse
cunscripto oī ope intellect⁹ ut intelle
est. quicquid autem dependet ab ente
tionis uel necessario ꝑexigit illud n
potest habere suum esse circūscripto
opere intellectus ut intellectus ē. g̊ nil
qd̄ ꝑexigit ens rationis ē vere ens re
Confirmatur ista ratio: quia quod
posterius naturaliter non potest esse
fectius ens ente priori naturaliter. I
ens reale ē pfecti⁹ ens ꝙ̄ ens quod ē
rationis. ⁊ distictio emanationū ē re
⁊ posterior. g̊ n̄ fūdat nisi i ente real
distictio. Hec rō lꝫ sufficiat ꝯ oppo
tē tn̄ opꝫ eā ꝯfirmare ꝓpt ꝯclusionē
Dicit ad eam ꝙ attributa nō sūt fun
mēta emanatōnū distictaꝝ imo eē̄nt
sola cuꝫ relatiōibus pricipiat diuers
emanatōes. tn̄ itellectus postea pōt ꝯ
derare ipaꝫ eē̄ntiā vt cū relatiōib⁹ pri
piat hāc ⁊ illā ⁊ tūc pōt ꝯsiderare rō
nature ⁊ volūtatis ⁊ tn̄ n̄ ꝑcedūt ex
rei. Cōtra i illo i stāti originis i q̊
nerat fili⁹ q̄ro an pricipiū ꝓductiuū
alio mō se hꝫ ad ipꝫ ꝙ̄ pricipiū ꝓduc
uū spūs. s. se hꝫ ad ipꝫ. aut alio mō. si
alio mō. g̊ n̄ magꝭ ē fili⁹. fili⁹ nec ima
pris ex vi ꝓductiōis sue ꝙ̄ spūs scūs
sic igit i illis signis origis an̄ oēꝫ actū i
lect⁹ hēt aliq̄ distictio ⁊ n̄ idēptitas f
Nec vꝫ attribuet istā distictōnē r
tōib⁹. qꝛ oīs relatio eq̄ nālit respicit s
correlatiuū. g̊ eē̄ntia ut sb rōe spirat
eq̄ nālit respicit suū spiratū sic sb rōe
nerati rspicit gnātū l genitū. n̄ igit p
set ibi saluari ali⁹ ⁊ ali⁹ mod⁹ ꝓduce
nālit. s. ⁊ libet ꝓpt relatōes. sꝫ tn̄ si il
absolutū q̊ ꝓducēs ꝓduc sit alter⁹ r

Hoc etiam arguitur ꝯ istam positō nē ꝛ ex alia ratione eorum de obīs veri ꝛ boni. quasi ab eterno deus ex sui i materialitate intelligit ꝛ vult se. ꝛ hᵒ sb rōne boni ꝛ veri. g̊ ibi est distinctio veri ꝛ boni rationum formalium in obiectis ante omnem actum circa talia obiecta. Hoc etiam confirmatur ꝑ argᵐ eorū de btitudine qꝛ cōuenit deo ex nā rei ante omnem actuꝫ intellectus negotiatiui. qꝛ actus negotiādi nō est formaliter btificus. illa autem btitudo vt ꝺꝛ requirit propriam rationem obiecti et potentie ꝛ operationis g̊ ꝛc̄.

Ista tamen positō

exponitur sic. qȯ possumus loqui ꝺ ratione quā obiectū facit in intellectu de se vel de illa quā intellectꝰ pōt facere circa obiectum negotiādo. si loquamur ꝺ ꝑma illa ē vnica sicut ꝛ vnica est in re. ꝛ h dicit in se opi. ꝙ vt est intellecta per actū intelligentie simplicis hꝫ oino rōnē indistincti. si secūdo mō sic intellectꝰ pōt formare circa illā vnā rōnem obiecti mltas rōes distinctas ꝯferendo hoc ad illȯ. ꝛ hoc silr̄ dixit illa opi. ꝙ obiectū vt est in intellectu negotiāte hꝫ distinctas rōes quasi formatas circa ipsū Addit tn̄ ista expō ꝙ opinio in se non videt dicere ꝙ illa vna ratio in se ē formaliter bonitas ꝛ veritas ꝛ quelibꝫ ꝑfectio simplr̄. ꝛ ꝙ illa vna rō que fit itellectu v̄tute obi est etiam rō formalit̄ boitatis ꝛ veritatis ꝛc̄. op. tn̄ in se videtur dicere ꝙ ista dicunt diuersos respectus fundatos in essentia.

Quia igitur diuer

simode pōt intelligi dicta op. ꝑ̄ter argumenta iam facta appono alias rōes speciales. ꝛ ꝑmo ostendo ꝙ formaliter veritas ꝛ bonitas sint in re ꝛ quelibet perfectio simpliciter ante omne opus intellectus. Quia quelibꝫ ꝑfectio simplicit̄ ē formaliter in ente perfecto ex nā rei. veritas formaliter est perfectō simplicit̄ ꝛ bonitas similit̄. g̊ ꝛc̄. maior patet. tuꝫ quia aliter non eēt deus simpliciter perfectum. qꝛ non esset quo maius excogitari non posset cogitaretur maiꝰ si esset sic ꝛ sic perf ctuꝫ. Tum quia aliter perfectō simpliciter in nullo eēt perfecte n̄ enim est aliqua perfectio in creatura ꝑfecte. quia ibi est finite nec in ꝺo est perfecte si non sit in ipso vt existens sed tātum vt quid cognitum quia esse cognitum est esse diminutuꝫ vt distinguitur contra existens. Tum tertio. quia tunc ꝑfectio simpliciter in aliquo, essꝫ formaliter per participationem ꝛ non formaliter in eo a quo participaret eam: immo perfectio talis in participante non esset per participationem illius perfectionis in causa. quia nihil est a quo fit participatio existentis nisi existens. q̄ omnia videntur absurda. Minor apparet. qꝛ alr̄ Ansel. nō ponēt talia eē in deo. qꝛ ꝺm eum monolo. 15. nihil tale ponēd ē in deo qȯ nō est meliꝰ ipm ꝙ n̄ ipm ac per hoc perfectio simplicit̄ Pꝫ etiam eadem minor. qꝛ quodlibꝫ tale ꝑ̄t eē formalit̄ infinitū. infinitas repugnat cuicunqꝫ qȯ non est perfectio simpliciter g̊ ꝛc̄. Ulterius ꝓbo ꝙ tales ꝑfectōes ex nā rei ante opus intellectus n̄ hn̄t idemptatem formalem. quia intellectus actu suo non potest causare nisi rl̄onem rōnis. Ex hoc. s. ꝙ est virtꝰ collatiua potens conferre hoc vt cognituꝫ ad illud. Quero igitur vtruꝫ veritas dicat precise illam ꝑfectōnem que est i re formaliter. aut precise illam relationem factam ab intellectu. aut vtrunqꝫ si precise relationem rationis. ergo non est ꝑfectio simplr̄. qꝛ nulla relatio rōis potest esse infinita. si eniꝫ relatio realis vt paternitas non est formaliter infinita q̄to magis illa relatō rōnis. Si ambo cum illa non sint vnum nisi per accidens qꝛ relatio ratōnis cum ente reali nūq̄ facit vnum per se. qȯ patet. qꝛ

multo minus facit vnum ente reali ens
rationis ꝙ passio cum subiecto. passio
enim consequitur subiectuz ex ratione
subiecti. nullum autem ens rationis cō
sequitur ens reale ex ratione sui. separa
igitur ista duo que concurrunt in isto
ente per accidens. ⁊ sequitur tunc ꝙ ve
ritas semper dicat precise illaz perfectō
nem in re ⁊ bonitas similiter. ⁊ tunc vl
tra cum nulla sit distinctio in re siue ſʒ
opinio. siue secundum expositionē opi
nio. sequitur ꝙ bonitas ⁊ veritas sint
formaliter synonima quod ipsi negant

Preterea. intellectus intuitiuus nul
lam habet distinctionem in obiecto ni
si secunduz ꝙ existens est. quia sicut nō
cognoscit aliquod obiectum nisi scōm
ꝙ existens ita non cognoscit aliqua di
stincta formaliter in obiecto nisi vt exi
stens. Cum igitur intellect⁹ diuinus nō
cognoscat essentiaz suam nisi intuitiua
intellectione: quecunqꝫ distinctio pona
tur ibi in obiecto siue sit distinctoꝝ ob
iectorum formalium siue vt rationum
causatarum per actuz intellectus sequi
tur ꝙ ista distinctio erit in obō vt actu
exn̄s est. ⁊ ita si ista est obiectorum for
malium distinctoruz: in obō erunt ista
formaliter distincta. ⁊ habet tunc ꝓpo
situz ꝙ distinctio talis obiectoꝝ forma
lium precedit actum intellectus. si autē
sit rationuz cātarum per actum intelli
gendi. igit intellectus diuinus cābit ali
quam intentōem in essentia vt rōnem
rationis vt existens. quod est absurdū.

Item arguit ɔtra illam expōnem. qꝛ
si de aliquo obiecto tātum natus ē ha
beri vnus cōceptus realis: nihil fac ali
quem conceptum realem illius obiecti
nisi faciat illum vnum. de essentia autē
diuina scōz eos tm̄ natus ē haberi vn⁹
conceptus realis. quia illa tm̄ nata ē fa
cere vnum conceptum realem. nata est
autem facere omnez realez qui de ipsa
haberi potest. alioqui esset imperfecti⁹
itelligibile ꝙ sit aliquod intelligibile cre

atum quod quidem est causatiuum o[...]
conceptus realis possibilis haberi d eo
igitur nihil faciet in itellectu aliquez cō
ceptum de deo nisi faciat illum vnicu[...]
⁊ ita cum creatura non possit causare
intellectu illum conceptum. quia ille c[...]
ceptus est essentie vt est. hec in se sub ꝓ
pria ratione. sequitur ꝙ per nullaz act[...]
onem creature possit haberi aliquis c[...]
ceptus naturalis de deo in ista vita.

Preterea. contra conclusionem in s[...]
quia si ista qualitercunqꝫ distinguan[...]
ratione non distiuguant ex natura r[...]
sine actu intellectus vel uoluntat. E[...]
hoc arguo distinctio precedens ratio[...]
primi distinctiui non est per tale disti[...]
ctiuuz. sed distinctio nature ⁊ intellec[...]
vel volitionis ⁊ itellectionis precedit [...]
tellectionem ⁊ volitionem que est p̄m[...]
distinctiuuz eorū que distinguuntur [...]
rōem. ergo illa distinctio nature ⁊ int[...]
lectionis vel volitionis ⁊ intellection[...]
non erit per intellectum. assumptuz p[...]
si enim nulla distinctio eorum prece[...]
ret non magis ista distinguerētur ista[...]
tellectione ꝙ natura vl volitione. qu[...]
quid aūt distinguitur intellectione vt[...]
oio indistincta a natura etiam distig[...]
tur natura. Et si dicitur q̄si cōtemne[...]
do istud argumentū forte ad cautela[...]
ꝓpter defectum respōsionis ꝙ si p in[...]
possibile esset sola intellectio per seip[...]
distingueret. non autem natura vel v[...]
luntas. Hec respōsio non sufficit. [...]
ꝙ tuncunqꝫ aliqua per impossibile se[...]
rent si eis separatis aliquid cōpetat v[...]
⁊ non alteri hoc non potest esse nisi p[...]
aliquā distinctionem formalem rōn[...]
istius a rōne illius. si igitur istis sepa[...]
ɔpetēt distinctio itellectui ⁊ nō nāe a[...]
qua ē distinctio hui⁹ ⁊ illi⁹ etiā qn̄ no[...]
sunt separata. Separa. n. per ipossibi[...]
albū ab albo nō poteris habē ꝙ alb[...]
sit cā alicui⁹ quin albū sit cā eiusdē. [...]
nulla est distinctio inter album ⁊ alb[...]
vn̄ nunꝙ esset h fallacia accn̄tis. ista [...]

llectōe diſtinguunt iſta intellectio eſt
atura.ergo natura diſtinguuntur niſi
tio intellectionis extranearet rationi
ature inꝙtuꝫ compantur ad 3[m].ergo
la extraneatio ꝑuenit aliquam diſtin
ionem rōnis ab illa inꝙtum compa
nt ad tertium.⁊ ita ꝑuenit diſtinctio
em rationum inter ſe.

Ad queſtionem

Rn̄deo ⁊ dico ꝙ inter perfectiones eēn
ales nō eſt tm̄ differentia rationis h°
t diuerſorum modorum ɔcipiēdi idē
biectū formale.talis eim diſtinctio eſt
ter ſapiens ⁊ ſapiētiaꝫ. ⁊ vtiqꝫ maior
ter ſapientiam ⁊ veritatem.nec ē ibi
tum diſtinctio obiectorum formaliū
intellectu.quia vt argutum eſt prius
a nunquam eſt in cognitione intuitia
ſi ſit in obiecto intuitiue cognito.
ſta etiam duo membra ꝓbantur per
tiones factas contra precedentē opi.
ſt ergo ibi diſtinctio tertia precedens
tellectuꝫ omni m q̊. Et eſt iſta ꝙ ſapi
tia eſt in re ex natura rei. ⁊ bonitas ē
re ex natura rei.ſapientia autem ī re
rmaliter non eſt bonitas in re. quod
obatur.quia ſi infinita ſapientia eſſꝫ
rmaliter infinita bonitas ⁊ ſapientia
cōmuni eſſet formaliter bonitas in
muni.infinitas eim non deſtruit for
aliter rationē illius cui additur.quia
quocunqꝫ gradu intelligatur eſſe ali
ua perfectio:qui tamen gradus ē gra
us illius perfectionis nō tollitur ratō
rmalis iſtius perfectionis ꝓpter iſtū
radum.⁊ ita ſi non includit formalit
t in cōmuni nec vt infinituꝫ in finitū
Qō autem non includat formaliter vt
cōmuni:hoc declaro.quia includere
rmaliter eſt icludere aliquid in ratōe
a eſſentiali.ita ꝙ ſi diffinitio includē
s aſſignaretur icluſum eſſe diffinitio
el pars diffinitionis.Sicut aūt diffini
o bonitatis i ɔmuni nō habet ſapien
iam in ſe ita nec infinita i finitam. Eſt
igitur aliqua nō idētitas formalis ſapī
entie ⁊ bonitatis inquātuꝫ earum eēnt
diſtincte diffinitiones ſi eſſent diffinibi
les.diffinitio autem nō tātum indicat
ratōem cauſatam ab intellectu:ſed q̊d
ditatem rei.ergo non eſt idētitas forma
lis ex parte rei. Et itelligo ſic.ꝙ intelle
ctus componens iſtam.ſapientia non ē
bonitas formaliter non cauſat actu ſuo
collatiuo veritatē iſtius compōnis.ſed
in obō inuenit extrema ex quoꝝ ɔpoſi
tōe ſit act⁹ verus. Et iſtud arg[m] de non
formali idētitate dixerūt ātiqui docto.
ponētes in diuinis aliquā eē predicatio
nē verā ꝑ idētitatē q̄ tn̄ nō eēt formalis
ita ɔcedo ꝑ idētitatē veritatē eē bonita
tē i re nō tn̄ formalr̄ veritatē eē bōitatē
Iſta ēt op. ɔfirmat auc̄te Dam̄. 4.c
ꝑallegato.⁊.c.9.vbi ipē vl't ꝙ inter oīa
noia ō deo dcā ꝓꝑꝗſſi[m] eſt q̄ ē.qꝛ eē di
cit q̊ddā pelag⁹ īfinite ſb̄e.ceta aūt vt di
xit.c.4.ſt illa q̄ circūſtāt nāꝫ. Iſtō n̄ vi
det niſi eēt aliq̄ diſtictō ex ꝑte rei. n̄.n.ē
pelag⁹ īfinite ſb̄e ꝑꝑ h° ꝙ mlt̄e rl'oēs rō
nis pn̄t circa ipꝫ cari.ita.n.pn̄t ꝑ actuꝫ
ite⁹ circa q̊dlꝫ cāri. Ɔōfirmat ꝑ Aug.
8.de tri.c.2.vbi ꝓbat ꝙ n̄ ē aliq̄d mai⁹
due ꝑſone ꝙ̄ vna.qꝛ nō aliq̄d veri⁹ que
ɔn̄a eēt iſta.ſi tm̄ eēt diſtictio rōnis int̄
ſapiaꝫ v̄itatē ⁊ magnitudineꝫ. nō vidēt
aliō arg[m] ꝙ̄ ſi ꝓbaret ſapia ḡ ſapiēs. vl'
eɔ°. Ad q̄d ēt doc.q̄ tenēt oppoſitaꝫ
opi.iplent tot q̄nīnos oſtēdēdo vnū at
tributū ex alio.ſi nō ē int̄ ea niſi dīa re
lationū rōnis tm̄mō.ita.n.ꝑfcē videret
de⁹ cognoſci ꝙ̄tū ad oēꝫ cognitionē rea
lē vl' ɔceptū realē vt cognoſcit ſb̄ attri
buto vno.ſic̄ ſi cognoſcat ſub rōe oiuꝫ
attributoꝝ.qꝛ cognitio pluriū relatio
nuꝫ rōnis nō fac̄ ad ꝑfectiorē cognitōeꝫ
realē habēdā de aliq̄. Silr̄ iuxta au
ctoritatē Dam̄. ꝑdcām ad q̄d aſſignāt
ipi ordinē attributoꝝ ꝙ̄ſi eēntia ſit fun
damtū ⁊ q̄dā ſt ꝓpinq̄ora eēntie q̄dā ꝓ
pinq̄ora emanatōib⁹.ſi tm̄ ſt rl'oes rōis
q̄s ēt ordo ꝑ ɔꝑatōeꝫ ad emanationes.

Similiter Augu. ꝯtra maximinū si
potes deū patrem concedere simplicez
⁊ tñ eē sapientem bonū ⁊ numerat ibi
multas tales perfectiones: quāto magis
vnus deus potest esse simplex ⁊ tñ trini
tas. ita ꝙ tres persone non sunt partes
vnius dei. arguit. n. ibi ꝙ si in eodem si
ne ꝯpositione ⁊ partialitate possunt eē
multe ꝑfectiones simplr. ergo mlto magis
possunt esse tres persone in deitate sine
compositōe ⁊ ꝑtialitate. Quod argu^m
eēt istud si attributa tm̄ differrent ꝑ re
lationes rationis ⁊ persone distinguerē
tur realiter. non. n. sequit si relationes
rōnis non faciunt ꝯpositionē in aliquo
ergo nec relatōes reales. Idem etiā Au
gu. 15. de tri. c. 3. dicit oīa ista eē equalia
nihil. n. est proprie sibi ipi equale. nihil
aūt est dicere ꝙ aliquid sb̄ vna rl̄oe ra
tōnis sit sibi equale sb̄ alia relatione ra
tionis. Hyll'. ēt. 12. de tri. c. 5. alloquens
deū patrem ait sic. perfecti dei qui ⁊ v̄
bum tuuz ⁊ sapientia ⁊ veritas absolu
ta generatio est q̄ in his eternaꝝ ꝓprie
tatū noibus nat' est. dicit igit ꝙ iste pro
prietates sūt eterne ⁊ in his natus est fi
lius de patre q̄si pater ꝑhabens ista cō
municet eam filio. si aūt eēnt tm̄ distin
cta rōne non viderent prius esse in pr̄e
origine ꝙ ꝓduceret filius. quicquid est
. n. ibi ꝓductum i esse rōnis ꝑ actum in
tellectus videtur eē productū a tota tri
nitate. ⁊ ita non eē in patre vt precedēs
origine filium q̄si notio precedēs origie
Ista aūt non idētitas formal' stat cū
simplicitate dei: qr hanc driam necesse
ē ponere inter eēntiam ⁊ ꝓprietatez. sic
supra. dis. 2. q. vlti. ostensum ē. ⁊ tñ pro
pter hoc nō ponit ꝯpositio in ꝑsona. si
milit ista distinctio formalis ponitur in
ter duas ꝓprietates in patre innascibili
tatē. s. ⁊ paternitatem. que fm Aug. 15.
de tri. c. 6. non sūt eadē proprietas: qr n̄
ē eo pater quo ingenitus. ergo si in vna
persona pn̄t eē due ꝓprietates sine ꝯpo
sitione mlto magis vel saltē equalr pn̄t
eē plures perfectiones eēntiales in deo
non formaliter eedem sine compositōe
qr ille ꝓprietates in patre nō sūt forma
liter infinite. essentiales aūt perfectiōes
sūt īfinite formalr. ergo quelz eadē cuilibz.

Contra istam solu

tionez sunt tria dubia. ꝑmo n. videtur
ꝙ non saluet simplicitas diuina: qr ex
quo ponit essentia q̄si fundamentum ⁊
ista q̄si circunstantia eēntiaz videtur q
ista se hn̄t vt actus ⁊ forme respectu e[s]
sentie diuine. 2^m dubiū. qr Aug. 7°.
de tri. c. 5. vbi negat idētitatez deitati[s]
⁊ p̄nitatis. nō eo inquiens pater q̄ deu[s]
sicut nec eo verbū q̄ sapia: ita concedi[t]
idētitatem magnitudinis ⁊ bonitatis [⁊]
perfectionū essentialiū: quia dicit ꝙ e[o]
magnus q̄ deus ⁊c̄. ergo sicut ibi idētitat[e]
negat ita cōcedit hic. non aūt negat ib[i]
nisi idētitatē formalem. ergo illaz co[n]cedi[t]
hic. 3^m. qr sic non esset bonitas reali[ter]
infinita nisi eēt realiter eadez sapienti[e]
ita videt ꝙ rō bonitatis nō sit infinit[a]
formaliter nisi sit formalr eadē rōni s[a]
pientie. ergo ꝓpter eandem rōnem ꝓpte[r]
quā ponis veram idētitatem inter ist[a]
deberes ponere idētitatem formalē r[a]
tionis ad rōem. Ad ista ad ꝑmam
Rn̄deo ꝙ forma in creaturis hz aliquid
imperfectionis. s. qr est forma informā[s]
aliquid ⁊ pars compoiti. aliquid ēt h[z]
qd̄ nō est imꝑfectionis. sz consequit ea[m]
fm suā rōem essentialem siue formale[m]
. s. ꝙ ipa sit quo aliquid est tale. Exem
plū sapientia in nobis est accn̄s hoc e[st]
imperfectionis. sed ꝙ ipa sit quo aliq[uis]
est sapiens hoc nō est imperfectionis: [s]
essentialis rōnis sapie. In diuinis autē n[i]
hil est forma fz illā duplicem rōem in
perfectionis. quia nec informans nec ꝑ
est. tñ ibi sapia inq̄tuz est q̄ illud in qu[o]
ipa est ē sapiens. ⁊ h° non per aliquam
ꝯpositionē sapie ad aliquid q̄i subiecti
nec q̄si sapia illa sit pars alicui' comp[o]
siti: sed per verā idētitatē qua sapia ill[a]

sit pars alicuius compositi. sed per ve-
ram idemptitatem q̄ sapientia ꝓpt̄ sui
infinitatem perfectam ꝑfecte est idē cui
libet cum quo nata est esse. Sed ob
ijcies quō est aliquid formaliter sapiēs
sapientia. si sapientia non est forma ei⁹
Rn̄. corpus est animatum quasi deno
minatiue. quia anima est forma eius.
hō ōr animatus non denominatiue. sꝫ
eēntialit̄. quia aīa est pars ei⁹ ꝛ aliq̄d
eius. non igitur requirit̄ aliquid eē for-
mā informantem aliq̄d ut ip̄m sit tale
per ipsum. quia forma non est forma i
formās totū qȯ tn̄ ōr formalit̄ tale per
ipsam. si igitur veriori idēptitate esset
aliqua forma idem alicui ꝙ sit idēpti-
tas eius ad informatum vel ad totum
cuius ē pars sufficeret illa idētitas ad h̄
ꝙ illud tali forma eēt tale. ita ē in ꝓpo
sito. Et tūc si queres vtꝝ a p̄mo ac
tu posset eē aliqua abstractio forme.
Dico ꝙ non ē ibi abstractio forme vt i
formantis vel ut partis ab informato l'
a toto. sꝫ ē ibi abstractio forme inꝙtū
per eā aliquid ē tale precise accepte non
cōsiderando idēptitatem eius ad illud
quod ē tale per ipsam. Ad scōm du
bium qȯ videt̄ habere difficultatem ex
verbis Aug⁹. dico ꝙ dupliciter vel tri
pliciter eodem deus est sapiens ꝛ mag-
nus ꝛ tamen non sic eodem est deus et
pr̄. vno mō qꝛ sapientia ꝛ magnitudo
sunt perfectiones eiusdē rationis hoc ē
q̄dditatiue. quia quicquid perficitur is
tis perfectionibus perficit̄. nō vt ratōni
bus suppositi. sed ut rationibus q̄ddita
tiuis. non sic autē paternitas ꝛ deitas
sunt eiusdē rōnis. Sunt etiam aliomō
eiusdem rationis sapientia ꝛ bonitas.
qꝛ perfectiones simpliciter. n̄ sic autem
paternitas ꝛ deitas scōo mō qꝛ magni
tudo ē eadem deitati in quolibet. pꝛ̄ni-
tas non sed tm̄ in vno supposito.
Tertio modo qꝛ boītas ꝛ magnitudo
ꝛc̄. huiusmodi sunt eadē quasi idēpti-
tate mutua. quia vtrunqꝫ est formalit̄
infinitum ꝓpter quam infinitatē vtrū
qꝫ ē idem alteri sed paternitas ꝛ deitas
non sunt eadem sic mutuo. qꝛ vnū eo
rum nō est formalit̄ infinitū. sꝫ tm̄ dei
tas ē formalit̄. ꝛ propter istā infinitatē
pꝛ̄nitas ē sibi idēꝫ nō eꝯ⁰ sic. Ad formā
ꝰ ꝯcedo ꝙ eo mō est bon⁹ ꝛ sapiēs quō
nō eodē est deus ꝛ pr̄. qꝛ eodē est bon⁹
ꝛ sapiēs. eodem. s. in quolibet supposi-
to. ꝛ eodē quasi idēptitate mutua. non
sūt aūt sic eadē in q̊lꝫ pr̄nitas ꝛ deitas
eodē sil'r. i. ꝑfectione eiusdē rōis ē bon⁹
ꝛ sapiēs. qꝛ q̄dditatiue est bon⁹ ꝛ sapiēs
n̄ sic eodē est deus ꝛ pꝫ. qꝛ non est vtrū
qꝫ q̊ ibi eēntialis ꝑfectio illius cuius est
quia lꝫ q̄dditas pat̄nitatis maneat ibi
tamē illa q̄dditas nō ē rō q̄dditatia sim
plicit̄ suppositi alic⁹ sed rō ꝑsonal' eius
dem. Ad 3ᵐ ꝯcedo ꝙ rō sapie ē infinita
ꝛ rō bonitatis ꝛ iō hec rō est illa ꝑ idēp
titatē. qꝛ oppoitū nō stat cū infinitate
alteri⁹ extremi. tn̄ hec rō non ē formali-
ter illa. n on. n. sequit̄ est vere idē alteri.
ꝰ formaliter idem eidem. est enim v̉a
idemptitas. a. ꝛ. b. absqꝫ hoc ꝙ. a. iclu
dat formaliter rationem ipsius. b.

Ad argumentum

pꝛicipale qȯ sumit̄ de auc̄te aug'. 15. de
tri. Rn̄. ꝙ in creatura nō est aliqua v̉a
ꝑdica⁰ in abstracto per idēptitatē q̄ nō
sit formal'. ꝛ iō nūꝙ fuit tradita logica
in creaturis de predicatōe alia formali
ter per idēptitatē. In diuīs aūt ē v̉a ꝑdi
catio per idēptitatē in abstracto ꝛ tn̄ n̄
ē formal'. Ratō h⁹ differētie ē ista vt pu
to. qꝛ ꝯcipiēdo abstractū vltīa abstrac-
tōe ꝯcipit̄ q̄dditas absqꝫ hitudiᶜ ad qȯ
cūqꝫ qȯ ē extra propꝛiā rōeꝫ quiddita-
tis sic igit̄ ꝯcipiēdo extrema nulla erit
veritas vniēdo ea nisi ꝑcise quidditas
vni⁹ extremi sit eadē quidditati alteri⁹
extremi h⁰ aūt nō ꝯtigit in creaturis qꝛ
ibi abstrahēdo illas realitates que sūt
i eodē puta realitatē generl' ꝛ differētie

⁊ considerando eas precisissime vtraq̃ est finita ⁊ neutra pfecta eadẽ alteri nõ enim sunt modo eadẽ int̃ se nisi ꝓpter 3^m cui sunt eadem. ⁊ iõ si abstrahãtur nõ a 3° remanꝫ cã idẽptitat̃ eoꝝ. ⁊ iõo nec cã veritatis ꝓpõnis vniẽtis ext̃ma illa. hec igit̃ ẽ falsa aialitas ẽ rõnalitas ⁊ ecõuerso ⁊ hoc quacũq̃ predicatõne q̃ꝛ non tm̃ extrema sũt formalit̃ eadeꝫ sꝫ nec vere eadẽ. q̃dditas. n. hec precise ẽ põlis ad q̃dditatẽ illã ⁊ nõ ẽ eadẽ illi nisi ꝓpt̃ idẽptitatem ad tertiũ a quo abstrahũtur. ḡ abstractio illa tollit cãꝫ vitatis affirmatiue vnientis ea. Oppo^m est in deo. q̃ꝛ abstrahẽdo sapiam a q̃cũ q̃ꝫ qd̃ ẽ extra rõeꝫ sapientie ⁊ bonitatẽ similiter abstrahendo a quocũq̃ qd̃ ẽ extra ei⁹ rõeꝫ formaliter remanꝫ vtraq̃ quidditas precise sũpta formaliter infinite ⁊ ex hoc infinitas ẽ rõ idẽptitat̃ eoꝝ facta tali abstractõne precisissima remanet rõ idẽptitat̃ extremoꝝ. nõ. n. hec erãt eadẽ precise propter idẽptitatẽ eoꝝ ad 3^m a quo abstrahuntur sed propter infinitatẽ formalẽ vtriusq̃. Et qd̃ ista sit rõ predicatõis ꝑ idẽptitatẽ sig^m est ex hoc q̃ non concedit̃ ista p̃nitas in diuinis est spiratõ actiua neq̃ vt vera formaliter neq̃ vt vera per idẽptitatẽ neq̃ p̃nitas ẽ innascibilitas ⁊ ecõ. sicut ista conceditur p̃nitas ẽ deitas ⁊ ecõ ⁊ rõ vi q̃ abstrahẽdo p̃nitatẽ ⁊ innascibilitatẽ ab eẽntia siue a suppoito neutꝝ ẽ formaliter infinitum. ⁊ iõ neutruꝫ in sua rõne sic abstractũ includit rõnẽ idemptitatis eius ad alteꝝ. ⁊ iõ neutrũ sic abstractũ de altero vere predicat̃. sꝫ sic abstrahẽdo deitatẽ ⁊ p̃nitatẽ q̃tuncũq̃ remanet adhuc alteꝝ extremum formalit̃ infinitũ. que infinitas ẽ ratõ sufficienter idẽptitatis extremoꝝ. ⁊ iõ remanet ratio idẽptitatis eoꝝ. ⁊ ꝑ ꝯñs ratio veritatis cõpositionis affirmatie In ista aũt deitas ẽ bonitas remanꝫ infinitas nõ tm̃ in vno extremo sꝫ i vtroq̃. ideo eẽt hic veritas ꝓpter idemptitatem inclusam virtualiter in utroq̃ extremo. Ex isto ⁊ rñsione ad dictum August. ꝑus adductum in secunda dubitatõe pꝫ illud qd̃ supponebatur ꝑus in questione de genere i responsione ad argumenta scd̃e opi. quõ. s. maneãt tm̃ duo modi predicãdi in diuinis. q̃ꝛ ⁊ si ꝑ idemptitatem relationes transeant in eẽntiam siue substantiam tñ non ita sicut predicata essentialia. quia omnia eẽntialia magis dicũt perfectiones simpliciter quiddiratiuas. rõ autem ꝑsonalis nõ dicit perfectionem quidditatiuam ⁊ ideo omnia eẽntialia magis reducũtur ad vnum modum predicandi inter se q̃ personalia reducantur ad vnuꝫ modum predicandi cum eis. Et ſm h⁹ꝑo sunt dici duo modi predicandi manentes in diuinis non tm̃ propter modos concipiendi ipsa predicata. sed aliquo modo propter realitatem eorum que predicantur.

De immutabilitate dei de qua tractat magister in scd̃a pte di. tñ videtur posse concludi ex simplicitate dei de qua q̃situ est supra. Queritur vtꝝ solus deus sit immutabilis q̃ non q̃ꝛ si eẽt immutabilis. ḡ immutabiliter se hꝫ ad illud ad qd̃ immediate se hꝫ. illõ aliõ ẽ imutabile probatio ꝑme consequentie. q̃ꝛ immutabile qd̃ est ex se primum agens nõ potest diuersimode se hr̃e ad effectũ suuꝫ. q̃ꝛ si q̃ñq̃ agat q̃nq̃ nõ. videtur esse ex mutatione sui. non enim hoc põt poni propt̃ nouã approximationem passi. vel ammotionẽ impedimẽtoꝝ. q̃ꝛ actio ꝑmi agentis non requirit ista. pro. scd̃e ꝯñtie. ad qd̃cũq̃ necessarium necessario se hꝫ illud ẽ necessariuꝫ. Oppo. Aug. 7. de tri. c. 6. ois creatura mutabilis sol⁹ de⁹ imutabilis. ⁊ ad Thy. vl. sol⁹ deus hꝫ imortalitatẽ. qd̃ aug. exponẽs de tri. li. ꝑ°. c. ꝑ° dicit q̃ vã imortalitas imutabilitas est

Huius exclusie de

qua queritur pars affirmatiua probat
a pho. 7. phy. per hoc quod omne qd
mouetur mouetur ab alio. quod pro-
batur. quia quiescente parte quiescit to-
tum ⁊ non est procedere in infinitum
in motis ab alio. q tunc posset fieri ex
eis vnum infinitum mobile qd moue
retur tempore finito. qd est improbatũ
6. phi. ⁊ prius dis. 2. q. pma in responsi
one ad vltimum argumentum. opor-
tet igitur stare ad aliquod mouens qd
non mouetur ab alio. ⁊ p ɔñs omnino
non mouetur. Probatur etiam ab eo
8. phisi. illa conclusio per diuisionem.
mouentiũ ⁊ motorũ nãlit vel violent
⁊ qd ultimo oz stare ad aliqd mouens
qd ñ mouet ex se p se ⁊ pº. ⁊ vlteri9 ẽt oz
star ad aliqd simplr imobile. Sz pces-
sus isti qui st pncipales in duobus li.
s. 7. ⁊ 8. phy. indigent maiori expõne
ad hoc vt rões ille oñdãt valere. ⁊ si
forte valeãt tñ diminute cõcludũt. sic a
lias oñdetur. forte nõ plus cõcludũt ni
si q pmũ nõ mouet vt corpus vel ut v
tus in corpe sic aia mouet p accñs i cor
pore moto. Jõ nõ insistẽdo mõ circa d
claratõnẽ illarũ rõnũ oñdo bĩ istã ptẽ
eẽ verã ex simplicitate dei. q si de9 ẽ p
fecte simplex ut pbatũ ẽ ex ifinitate. iõ
nõ põt mutari ad aliq formã q in ipo
recipiat. q ẽt ẽ nece eẽ vt pbatũ ẽ ex p
mitate efficiẽtie. di. 2. q. pª. iõ nõ pt mu
tari ab eẽ in nõ eẽ vl a nõ eẽ in eẽ q mu
tatio dr versio a Dam. Oi igitur imu-
tatione siue substantiali siue accidenta
li dr deus simpliciter immutabilis.

Sed pars negatiua

illius exclusiue. s. q nihil alio a deo ha
beat immutabilitatem habeat maiorẽ
difficultatem. Circa istam partem
phy. a theologis discordãt ⁊ ecõuerso.
Ad quod considerandum primo opor
tet videre que fuerit intentio philoso-
pho. ⁊ que motiua p eis ⁊ que sunt ra
tiones contra eos. Quantum ad pri-
muz specialiter de intentione Arl. ⁊ A
uicen. dicitur q. x. modis pt aliquid se
habere ad eẽ. sed ad propositum suffi-
ciant tres modi. potest eniz aliquid ali
ud a deo puta intelligẽtia alia a prima
tripliciter poni esse. vno modo q ex se
formaliter sit necesse esse. sed ab alio cã
liter. Secundo modo q ex se formalit
sit necesse. sed ab alio dependenter. sic
q propter ordinem essentialem contra
dictio esset secundum esse sine primo.
⁊ nõ econuerso. ⁊ silr tertium sine secũ
do sed nõ econuerso. ⁊ est ordo inter p
fectius ⁊ minus pfectum non inter caz
⁊ causatum. tertio mõ aliquid hz eẽ ex
se formaliter possibile necessario autẽ
ab alio est. quia illud aliud necessario
causat. Istorum triũ modorum pri
mus modus includit contradictõnem
vt dr. ⁊ illũ non posuit phus. q nõ vi-
detur verisimile contradictoria posuis
se. q includat ɔdictõnẽ pz. q qd est cã-
lit ab alio ẽ ex se nõ ens. ⁊ de se ẽ possi-
bile alit impossibile caret. Sz qd est ne
cesse eẽ nullo modo est possibile. g incõ
ueniẽs est dicere Arl. hũc modũ posuis
se de sbstãtijs separatis ppt ɔdictõnem i
inclusã. q etiã negauerit ttiũ modũ p
bat q etiã includit ɔdictõnez. Confir
mat etiã hoc. q cõmentator. 12. meta.
in qõne Johãnis grãmatici vult quod
motus cũ sit de se possibil põt ab alio
perpetuari quia habet eẽ ab alio. sub-
stãtia aũt possibilis non potest ppetua
ri. g substantia perpetua non est neces
saria ab alio. Item ut dicit ɔmẽ. p. ce.
⁊ mundi super illud impossibile est vt
non generabile cadat sub corruptione
exponens illud dicit q si inueniret ali-
quod generabile eternum. possibile eẽt
vt natura possibilis transmutaretur in
necessariam. Ulterius imponitur
phi. q voluit ibi p. celi ⁊ mũdi q que
libet substãtia habet suũ eẽ ex nã sua

hec semper hec q̄nq̄ꝫ: ita ꝙ hec necessa° semꝑ est. hec necessario q̄nq̄ꝫ nō est. nec aliter posset esse nisi vna natura muta‑retur in aliaꝫ. vel ꝙ due nature ꝯtrarie sunt simul in eodem. vt in eodē lib. p° ꝺ ce. ⁊ mun. 12. metha. deducit Aristo. ⁊ ꝯmen. Item ex istis. s. primo celi ⁊ mū. ⁊ 12. metha. ostendit ꝙ negauit primuꝫ mo^{m} supra. qꝛ esse sb̄e separate vl' neces‑sarie attribuit nature eius intrinsece. ⁊ ita nihil perpetuum ponit causatū nisi motū in celo ⁊ mediāte illo indiuidua generabilia ⁊ corruptibilia fieri que nō sunt necessaria licet spēs eorum sint ne‑cessarie. Ex quo posuit aliquē ordinem reꝝ concluditur ꝙ hoc est scd̄m 2^{m} mē‑brum vel ſm mo^{m} 2^{m}. sed in icorrupti‑bilibus dixit species necessario eē in vno idiuiduo. sꝫ in corruptibilibus spēs di‑xit necessario esse in pluribus indiuidu‑is ⁊ diuersis. ꝙ spēs de se sunt nc̄cio in‑corruptibiles. tamē per accn̄s corrupti‑biles: sicut elementa ſm se tota ponit in corruptibilia tota sed scd̄m ꝑtes corru‑ptibilia.

Contra istam opi.

que imponit ista Aristo. arguit ꝓmo ꝙ nō negauerit primū motū hoc videtur ex intentōe eius 2° metha. sempiternoꝝ principia verissima eē necesse ē qꝛ aliȷ̄s sunt cā veritatis. vnūquodq̄ꝫ aūt sic se hꝫ ad esse sicut ad veritatē. pꝫ etiā scd̄m ip̄m ꝙ oē sempiternū est necessa^{m} ex p° ce. ⁊ mun. ⁊. 9. metha. c. penult. Iteꝫ 5° metha. nihil ꝓhibet quorūdam nc̄cio rū esse alteras cās. c. de nc̄cio. si tam̄ de rōe causati esset possibilitas repugnans necessitati sicut arguit dicta opi. cōtra‑dictio esset alicu' necessarȳ esse aliquā cām. Item 12. metha. concludit vni‑tatē vniuersi ex vnitate finis. g° oē aliud ab isto fine est ad ip̄m vt ad finē. sꝫ cui' cunq̄ꝫ est cā finalis eius est causa suffici‑ens. g° ⁊c̄. ꝓbatio vltime ꝓp̄onis. finis non est causa nisi inq̄tum mouet effici‑ens ad dandum esse. mouet inquaꝫ vt amatum ⁊ desideratuꝫ. hoc pꝫ ex rōne finis 5° metha. c. 2. ꝓpter quē finē agēs agit ꝓpter quem. s. finem amatuꝫ agēs dat esse aliȷ̄ ad ip̄m ordinando. Iteꝫ ꝯmen 12. metha. ꝓcedit ꝙ est ibi cā ⁊ cā‑tum sicut intellectū est causa intellectio‑nis. ⁊ Aristo. dicit ꝙ mouet sicut ama‑tū ⁊ desideratum. balneuꝫ vt in mente mouet ſm ꝯmentatorem effectiue. Iteꝫ saltem obiectuꝫ q̄tū ad intelligere mo‑uet effectiue. g° ⁊ ad esse. qꝛ iponitur phi‑losopho ꝙ posuit vnāquanq̄ꝫ sb̄arum istarum esse suū intelligere. Itē Aui‑cen. expresse ponit necessarium ab alio causaliter. g° si nō in hoc vidit contradi‑ctionem quare debet negari ab Aristo. ꝓpter cōtradictionem quam tu ponis

nitum cum toto tempore futuro si nũc
hꝫ totam suã duratõem quam habebit
semper. igitur nũc formaliter habet du
ratõem infinitaꝫ. Hoc cõfirmatur. qꝛ
illud nũc quod est ex se tale ꝙ potest co-
existere infinito est formaliter infinituꝫ.
sicut si angelus cũc haberet i se vñ pos-
set coexistere omni loco eẽt infinitus ꝓꝫ
locum. Et si dicatur ꝙ hoc non est ve
rũ nisi habeat ex se vnde possit sic coe-
xistere. Cõtra: licet nõ habeat ex se vñ
sic sit coexistens. ⁊ ideo effectiue ex se nõ
habeat ĩfinitateꝫ. tamẽ sicut formaliter
habet vñ sic coexistat ita videtur forma
liter infinitum sicut si haberet vñ esset
presẽs toti loco actuali ⁊ potentiali licꝫ
effectiue a deo esset immensus licꝫ non
a se effectiue: ⁊ licet imensitas sua nõ eq̃
retur immẽsitati diuie ꝓm itensionem.
tñ equaretur ꝓm extẽsioneꝫ ita ꝙ nusq̃
posset deus esse per suã immẽsitatẽ ni-
si vbi posset esse angelus. Et cõfirmat
ista ratõ: quia negatio negatõis est affir
matio positõis. igitur negatões infinita
rũ negatõum ponũt infinitas positiões
vel vnam formaliter ĩfinitam: sed ange
lus habẽs istam coexñtiam simplicẽ ha
bet ex ipsa negatões infinitarũ negatio-
num. s. ñ esse cum infinitis instantibus.
temporis: igitur habet ex ipsa infinitas
positões vel vnã positiõem virtualiter
infinitam. Quarta via est ex ordine
eorũ que possũt esse i euo: potuit enim
angelus fuisse creatus non peccator sed
innocens ⁊ potuit postea peccare ⁊ non
peccare circũscripto omni tempore. igi-
tur iste angelus prius fuisset inocens q̃
peccator. ergo prius ⁊ posterius sũt in es
se eius. Simlr potuit vnus angelus ꝑ
us creari ⁊ postea statiꝫ annihilari ⁊ po
stea alius creari ille primus nunq̃ fuit
illo scdo existente. ergo nec in eodẽ nũc
cum illo. igr̃ est prius vnus ⁊ alius po-
sterius. quia si fuerunt ⁊ non simul: igit

vnus post alium: igitur si vnus aliuſ e
titisset cum illis ambobus fuisset ines
eius prius ⁊ posterius sicut esse vniu
istorum est prius q̃ esse alterius. Pr
ista positiõe sunt auctoritates beati Au
gu. ij. cõfessi. nũc temporis si semper st
ret ⁊ non flueret ñ esset tempus sed ete
nitas: ⁊ videtur ibi loqui de vera eter
nitate dei exponendo illud ꝑs. Tu aũ
idem ipse es ⁊ anni tui ñ dficient. Pr
terea idem. 4. sup geñ. Pater meus v
modo operatur ꝛc. Qd ãt ait vsq; m
cõtinuatõem operis significat hoc pro
bat subdens. aliter. n. posset itelligi si d
ceret nũc operatur vbi nõ est necesse v
operis cõtinuatõem acciperemus. alite
aũt cogit intelligi cum ait vsq; nũc ex i
lo. s. quo cũcta operatus est vel cõdidi
ex nihilo: hec ille. Preterea Boeti. d
trinita. Quãuis ꝓm phõs de corporib
celestibus ⁊ spiritibus possit dici ꝙ sũ
semper. magna tñ est differẽtia in semp
esse. in deo. n. tãtum presẽs est ñ currẽs.
nũc autẽ fluens facit sempiternitateꝫ. i
euum. Preterea Dama. li. i. c. 15. Se
culum dicitur quod semper protẽditu
cũ eternis velut spacium. Itẽ Gregori.
27. moral. sup illud Iob. Numerus die
rum ꝛc. de angelis ait. In eis initiũ cer
nimus cũ mẽtem retro reuocamus: de
ñ recipit ex alio nec quibuscũq;. Prei
ea Ansel. ꝑ solo. 20. Hoc quoq; modo
trãsis o a ẽt eterna qꝛ tua ⁊ illorũ eter-
nitas toto tibi pñs est cũ illa nondũ ha
beãt de sua eternitate qd vẽturũ ẽ sicut
iã ñ hñt qd ꝑteritum ẽ. Itẽ Hiero. ad
Marcellũ. Solus deus ñ nouit fuisse
nec futurũ eẽ.

Contra istam posi

tionem arguit ꝙ icludat ꝯtradictiõem:
qꝛ vbi est successio ibi ẽ prius ⁊ posteri⁹
q̃ ñ sũt sil' sed adueniẽte posteriori prius
decidit. ⁊ per ꝯñs prius veterascit ⁊ po-
sterius nouum est. Sed si intelligat suc-
cessionem esse in mẽsura absq; hoc ꝙ i

nouatio sit i mensurato. ꝯtra hoc argui
tur. quia ſm phm. 4. physi. prius ⁊ po
sterius sunt i tempore ꝓpter prius ⁊ po
sterius i motu. ita ꝙ si nō esset aliud et
aliud i motu non esset prius ⁊ posterius
in tēpore. igitur a simili si nō sit aliqua
existentia noua i euiterno nec aliq̄ noui
tas in euo. ⁊ sic si nō sit prius ⁊ posteri⁹
in mensurato nō erit aliqua distinctio i
ter prius ⁊ posterius in mensura. hoc ēt
ꝯfirmat per philosophū. io methaphy
sice. qꝛ scđm eum mensura dꝫ esse vnige
nea mensurato. ⁊ ita si mensura sit diui
sibilis ⁊ mensuratum: qđ ēt probatur p
hoc quia indiuisibile inquantū indiui
sibile nō potest mensurari diuisibili.

Preterea nūc eui si desinit ⁊ non sem
per manet idem hoc ñ potest esse prop
ter defectuꝫ subiecti. quia per te sbiectū
manet idem. nec pōt poni ꝓpter aliquā
causā corrumpētem. quia nō videt assi
gnari posse causa corrumpēs. igitur nō
deficit. aliter est de nūc temporis. qꝛ ipi
us sbiectum ꝓximum deficit: s. mutatō

Preterea si est hic aliqua innouatio ⁊
iueteratio manens circa idem. g͛ illud ꝓ
prie mutatur. qꝛ illud aliter se habet nc̄
ꝙ prius. mutatōis aūt mēsura est nunc
tpis. g͛ euitnū iq̄tuꝫ pōit m̄surari nc̄ eui
mensurabit nc̄ tpis. Pro hac positōe ē
auctoritas Augu. de ciui. li. ij. c. ij. q̄re.

Hanc conclusionē

negatiuā tenēdo duplr ponitur differē
tia eui ad tēpus ⁊ eternitatem. Cōtra
istum modū ponendi arguo: videt. n. ꝯ
tradicere sibiipsi. quia si in euiterno nō
est successio sequitur ꝙ esse quod habet
i presēti nūc habeat in sequēti nunc: sed
esse angeli quātum est ex se habet termi
nari sicut dicit expresse ⁊ ponit ꝙ euum
potest in quolibet instanti quantum est
ex se deficere: igitur si istud euiternum
habeat formaliter esse cuꝫ isto nūc hoc
ñ potest esse ſm illud idem esse: quia il
lud esse habuit terminari cum illo nūc

ſm illos. igitur oportet ꝙ vel alio eē sit
cum isto nūc scđo vel eodem iteruꝫ po
sito. Preterea ꝙ dicit impossibilia esse
q̄ iferuntur ⁊ illa nō sequi ex hoc ꝙ euū
ponitur indiuisibile sed ex negatione tē
poris q̄ negatio est incompossibilis cuꝫ
positōe eui. ⁊ ꝓpter illā icompossibili
tatem sequit impossibile ō euiterno. h⁰
ñ videt rōabile. qꝛ ſm ipm quicquid est
prius nā q̄tum est ex se potest esse prius
duratōe hoc ē ex pte suisibi ñ repugnat
eē pus duratiōe q̄n absq ꝯtradictōe q̄
tum ē ex parte sui possit eē sine posteri
ore respectu cui⁹ dicitur eē pri⁹ nā. ⁊ ita
ipso posito ⁊ posteriore nō posito nulla
ꝯtradictio ē ex parte prioris nāliter nec
alic⁹ qđ ptinet ad ipsum inquātum pri⁹
est: sed euiternū ⁊ mensura eius ꝓpria
sunt nāliter priora omni respectu ad tē
p⁹ sicut fundamentū ē prius relatōe igr̄
ex tali hypothesi nō sequit in composi
tis ex pte euiterni in quātum euiternuꝫ
est. Ex^m h⁹ est qꝛ lꝫ necio ad sbm seq̄t
ꝓpria passio. tn̄ qꝛ sbꝫ est prius natura
passione ñ est ꝯtradictio ex parte sbiec
ti ꝙ sbm sit prius duratione sua propa
passione quantum est ex parte subiecti.
Et si hoc opponatur nulla incōpossibi
litas sequit ex parte subiecti in se eodeꝫ
mō quo est prius passione cōtradictio.
igr̄ si aliquā sequat hoc ē p locū extrin
secū ex habitudine. s. cāe ad effectuꝫ. ita
igitur si est necc̄ia habitudo eui ad tpus
tanq̄ prioris nā ad posterius nā ꝓpter
negationem posterioris ponendo prius
nō sequeretur aliqua ꝯtradictio ex par
te poris ſꝫ se nec ex pte alicuius alteri⁹
qđ ꝯuenit pori ſm se. ista āt illata. s. an
gelū ñ posse eē porē alio angelo vel non
posse eē post suum ñ eē sūt incōpossibi
lia p se ex pte euiterni inquātum euiter
nū est. igr̄ ⁊c̄. Et ꝙ ꝓbat etiā illā neces
sitatē ꝯcomitātie tpis ad euuꝫ ꝓpter or
dinē imperfectōis ad impfectius nō vī
sufficere. hoc. n. ñ cōcluderet ō ꝯtinētia
quantitatiua sed quidditatiua sicut si

quidditas superiori cõtinet inferiorem sed cum tali cõtinentia stat ꝙ superior potest esse sine inferiori ⁊ ꝙ sibi cõueni at eē quod est ꝓprium sibi absq; inferi ori. aut saltem nõ cõueniat sibi in respe ctu ad inferius. Ita igit̃ in ꝓposito dicẽ dum est ꝙ nihil ꝓprium euo ꝯueniet p̃ cise sibi in ordine ad tp̃s.

Qui uult tenere pri mam opi. que videtur probabilis ⁊ ha bere ꝑ se rõnes ꝓbabiles potest dicere ſm intentõem ponentis ꝙ euũ ꝓprie ẽ quãtitas. ⁊ per ꝯñs habet ꝓpriam diui sibilitatem non aũt ꝑmanentem igitur successiuaz. tale est indiuisibile succedẽs indiuisibili sicut aliud aliȷ̃: ⁊ ita nũc eui quãtum est ex se raptim trãsit ⁊ esse eui terni vt positũ est in illo nũc ex vi istius põnis precise hʒ esse in isto nũc ⁊ statiʒ non esse isto nũc transacto nisi eadeʒ cã alia cãtione poneret idem eẽ in alio nũc ⁊ ita cõseruat positiue cãndo non aliud eẽ sicut est in successiuo. sed idem icẽ fini ties ita ꝙ prima cãtio dicit̃ creatio: q̃a sequit̃ imediate non eẽ ordie duratiõis quelibet aũt cãtio sequẽs sequit̃ non eẽ ĩmediate ordine duratõis ⁊ ñ eẽ media te ordie nãe qȯ ñ eẽ tc̃ icẽt nisi cã ꝯſuans daret eẽ sʒ daret eẽ. sʒ seq̃t eẽ scḋo positũ ordine duratõis esse ṗmo positũ. ⁊ per hoc ẽ ꝯtinuatio ⁊ cõseruatio eiusdeʒ eẽ ex iñ est si angelus habet aliquaʒ quãti tatem v̾tualem ꝑ quã põt esse pñˀalicui loco ita ꝑ eam est pñs huic loco ꝙ ñ po test eẽ pñs simul aliȷ̃ loco. nec absolute põt eẽ presens aliȷ̃ loco nisi aliqua mu tatõe facta circa ipsam ꝑ respectũ ad ali um locũ: vel ꝙ ipsa fiat maior formalit̃ vel ꝙ ipsa transferat̃ de loco ad locũ. vl̾ ꝙ ꝑ potẽtiam diuinã sit in alio loco nõ dereliquẽdo istum. ita ẽ i ꝓposito ꝙ ali ud eẽ quod hʒ angelus vnica cãtione li mitatũ est ad hoc nũc ⁊ nullo facto no uo circa ip̃m ñ potest vi hˀ cãtionis est vltra hoc nũc. sed deus dans ei quãtita tem duratiuã ꝑpetuam. ⁊ hoc vna cãti one cõtinua vel infinitis cãtionibus eiˀ dem eẽ dat ei semꝑ vniformiter quo ex tendat̃ toti tempori. Ad argumenta ꝯtra illam positiõem ad ṗmũ qȯ ꝓbat ꝯtradictõeʒ sequi ex ea rñdeo ꝙ illa du ratiõe siue mora eẽndi que est p̃cise suc cessiua est inouatio ⁊ pars eius vna re cedit ⁊ alia succedit ⁊ general̾r vna pars succedit alteri. non tñ est inouatio aliq̃ i illa exñtia cuius est illa mora. sicut si po neretur caro non hñs partem ⁊ parteʒ sub eadem quãtitate ꝑmanente tunc es set ibi alietas ꝑtiũ i ip̃a extensione for̃a liter. que quãtitas est absq; extensiõe vl̾ diuersitate partiũ eius cui accidit talis extensio. ⁊ cum ꝓbat̃ non esse distictio i mensura ꝑ pħum. 4. physic. nisi fuerit distictio in mensurato. dico ꝙ bñ sequi tur si ꝑtes temporis sı̃t alie ꝙ partes mo tus sint alie. sicut ab effectu ad cãm. sed non ẽ necesse ꝙ in quibuscũq; ꝑtes du rationis sunt alie ꝙ aliqua distictio ꝑti um ṗorum sit cã huius distinctõis. q̃ il la que alicui est scḋa põt in alio esse pri ma. Exemplum huiˀ est. ignis calefacit ⁊ desiccat ꝓpter accñtia distincta ordia ta i igne: ita ꝙ distictio actõuʒ ẽ ibi 2ª p̃ suppõnẽs aliã distinctõem ṗorẽ sʒ distic tõeʒ accñtiũ actiuoꝝ: sʒ ex hoc ñ seq̃t ꝙ vbicũq; est distinctio actionũ ꝙ ip̃a sit scḋa. q̃ si i sole cõtinerent̃ v̾tual̾r illa ac cidentia distincta ignis tunc ṗma distin ctio ibi eẽt actionum que tñ fuit secũda respectu ignis. sic dicendũ est in ꝓposi to. Ad aliud arm dico ꝙ nunc potest deficere. q̃ ex se hẽt tm̃ raptim transire lʒ sḃiectum eius maneat ideʒ nec aliqȯ agens corrumpat ip̃m. ⁊ ꝙ nũc tẽporis deficiat deficiente suo ꝓprio sḃiecto ac cidit sibi ꝙ sḃm eius primũ deficiat. q̃ si illud maneret idẽ sicut ẽ in quiescente tc̃ posset dici ꝙ illȯ iȯ agẽs ꝑ qȯ ẽ aliud nunc succedens isti producendo aliȯ nc̃ incompossibile isti destruit illud nõ ex se primo sed ex consequenti. Et si q̃ras

tunc i quo deficiat istud nunc aut in se
aut in alio. sicut arguit phus. 4. physi.
dico q deficere sicut ⁊ desinere potest ex
poni dupliciter. Uno modo per positõ
nem presentis ⁊ negationem futuri. vel
per positionem preteriti ⁊ negationem
presentis. Primo modo debet exponi i
indiuisibilibus ⁊ in his que habent vlti
mum sui esse. illa. n. non hñt primũ sui
non eẽ ⁊ tunc desinunt cum sunt. ⁊ hoc
mõ nunc desinit in se. qꝛ nũc ẽ ⁊ post hᵒ
non erit. Et si queras pmum sui nõ esse
nullum ẽ sicut nec alicuius habentis vl
timum esse.

Alio modo posset conclu
sio sustineri li
cet non ad intentionem ponentis illam
põnem principalem q tota exñtia ange
li manet ſm q absoluta est habẽs tñ no
uum ⁊ nouum respectũ ad ipsam cãm.
ita q ipsa tota vt sub vno respectu ad
cãm suam cãntem succedit sibiipsi vt sb
alio respectu ad cõseruantẽ. Et ista via
forte esset facilior ad tenendũ successio
nem q̃ poꝛ que ponit quãtitatem lꝫ eẽt
ex alia pte multum difficile sustinẽ quõ
eẽt ibi vera successio absqꝫ oi distinctio
ne i absoluto quocũqꝫ siue in fũdamen
to siue in termino.

Sed contra conclonem di
cte opi. i se siũ
pmo siue scdoᵒ sustieatur arguo sic. aut
nũc eui qd ponitur aliud ⁊ aliud absoᵐ
ſm pmum modũ sustinendi opi. est idẽ
exñtie actuali aut aliud. si idez. patet q
sicut exñtia actualis manet eadem ita ⁊
nunc eui. Si aliud contra. sicut ipa exñ
tia põt infinities poni ineẽ. ita videt q
illud idem nunc absolutum aliud ab ea
potest frequenter poni ineẽ. ⁊ ita põt cõ
seruari idem nunc eui sicut eadem exñ
tia. Si dicatur q si ponatur inesse fre
quenter ponitur in diuersis nunc. Cõ
tra illud nunc absolutum aliud ab esse
existentie si potest frequenter poni esse i
alio ⁊ alio nunc adhuc eadem erit ratõ
q in quolibet poterit conseruari. ⁊ tũc
erit processus in infinitũ vel status erit
in hoc q sicut exñtia conseruãtur eadez
ita quodcunqꝫ absolutuz in angelo põt
conseruari idem. Similiter in sequenti
.q. pbabitur q non est in angelo aliqd
aliud absolutuz ab existentia eius: ⁊ ita
non poterit esse identitas i exñtia ⁊ suc
cessio in aliquo alio absoluto sui. siũ sic
siue sic non videtur posse esse nouus re
spectus sine nouitate fundamenti vl ter
mini. nam respectus ꝯñs extrema ita q
vno vel altero posito sequitur respectᵘ
ex natura extremoꝛum non põt esse no
uus. vt videtur sine nouitate in alio ex
tremo. nihil autem per te est nouum in
fundamẽto huius respectus nec i termi
no vt patet. Similr iste respectus ẽ id
in fundamento vt patet ex. q. preceden
ti. igitur non põt iste respectus eẽ aliᵒ fũ
damento exñte eodem. Potest ergo
dici q nulla est necessitas ponẽdi aliqd
nouum siue aliquam successionem i ali
quo angelo q. s. sit in eo formaliter: qa
quicquid est ibi põt manere idem sicut
exñtia manet eadez. ⁊ per ꝯñs qlꝫ respe
ctus ꝯñs absolutum.

Ad argumenta p pri
ma o
pinione ad primum dico q vtraqꝫ via
saluat dictum Aug. nam sicut pma via
dicit creaturam semp eẽntialiter eque d
pendere a deo ita q sit quasi vna conti
nua creatio vel infinite creationes sicut
conseruatio rei. ac per hoc semp ita ac
tualiter cãt rem sicut in pmo instãti cã
uit lꝫ ista cãtio vt in pmo instanti dicat
creatio in alijs conseruatio. ita scda po
sitio non videns rõem continuationis
in hac causatione. quia nullam formaz
continuatam nec videns tantam ratio
nem distinctionis. qꝛ non videns illam
distinctionem nec in creante nec in crea
to quatum ad terminum formalem di
cit q vna actio semper manens respec
tu creature est creatio inquantũ intellr

coexistere ꝑmo nūc tꝑis quod nūc tem
poris ꝓcessit nō eē illius creati. ⁊ illa ea
dem actio manens dicit̄ ꝯseruatio iquā
tum coexistit alijs partibus tpis n̄ ime
diate sequentibꝰ non eē sed eē ꝑhabituꝫ
cum illis partibus tpis. ⁊ ita illa actō ē
quasi ꝯtinuatio esse ꝑhabiti nō cōparā
do ad eē vbi non ē prius nec posteriꝰ. sꝫ
cōparādo ad ptes temporis quibus coe
xistit. Sed ꝓter itentōēꝫ Aug. rō ibi ad
ducta videt̄ hr̄e difficultateꝫ. s. ꝙ alia cā
tione res habeat esse cū vno nūc ⁊ cum
alio. qꝛ illud non hētur completiue ali
qua cātione cꝰ oppositum videtur stare
posita tali cātione. Rꝫº ista ꝓpositio ē
distinguēda ſm cōpōem ⁊ diuisionem
qꝛ in sēsu compositōis est vera. qꝛ illud
non hētur aliqua causatōe completiue
cuiꝰ opposituꝫ stat stante tali cātione ita
ꝙ ista sint simul. sed i sensu diuisiōis est
falsa. quia ⁊ ipsa mutatio poterit nō eē
licet posita fuerit cātio qua res habꝫ su
um esse vltimate. ita etiā licet posita sit
creatio angeli pōt tn̄ diuisim hac posita
stare ꝙ angelus non sit licet non coniun
ctim. Et per hoc patet ad simile arᵐ ꝙ n̄
possunt simul stare ꝙ angelus creetur ⁊
annihiletur. g̊ n̄ est idem creari ⁊ conser
uari. qꝛ quādo cōseruatur potest anni
hilari. non aūt quādo creat̄. Rꝫº. sicut
non stant simul in sensu cōpōnis angl̄m
cōseruari ⁊ annihilari ita nec creari ⁊ ꝯ
seruari stant simul in sensu compōnis.
i sensu diuisionis stat circa angelum eē
quādoqꝫ creatōem siue cōseruatōem. ⁊
tam̄ ꝙ quādoqꝫ possit nō esse. ⁊ sic pos
sit eē annihilatio sicut dictum ē in ma
teria de predestinatōe ⁊ ꝑscientia dei ꝙ
in sensu diuisiōis est potentia ad vnum
oppoᵐ manente alio. nō tamē ꝙ sit po
tētia ad illud oppositum alio opposito
manente. Ad scōm dicit̄ ꝙ non est ali
ud ex parte angeli ipm esse fuisse ⁊ fore
tamē aliam habitudinem ipsius esse ad
tꝑs notant ista: qꝛ sicut dictum est di. 9
primi de generari ⁊ genitum eē ꝓ que ꝯ
significat̄ nūc eternitatis inꝗtuꝫ coexn̄s
diuersis partibus temporis. ita diceret̄
ēt isti ȯ nūc cui ꝙ idē pōt esse ⁊ coexiste
re oībus ptibus tpis. ⁊ cum dr̄ in argu
mento non pōt facere angeluꝫ non fuis
se. negat̄ ista vt est nota rei significate ꝓ
fuisse. quia illa res significata ꝓfuisse ē
illud idem eē quod nūc habet angelus
Et si dicatur preteritū non potest nō fu
isse. negat̄ minor. qꝛ hoc non ē ꝓteritꝫ
in se. Exᵐ hꝰ est. si filiꝰ dei cū hoc ꝙ gnā
tur in eternitate accipet aliam nām ſm
quā dependeret a pr̄e ꝑ ipossibile tūc di
ceret̄ idem i eo eē generari ⁊ genitū esse
⁊ illud eē filij posset absolute nō esse. ⁊ i
quātum istud eē quasi imediate seque
retur suum n̄ eē diceretur generari. ⁊ in
quātum q̄si mediate sequeret̄ suū nō eē
vt coexn̄s alijs ptibꝰ tpis dicēt̄ genitū eē
Et ita ꝯseruatio ⁊ ꝓductio siue creatio
differunt sola actōe intellectꝰ. ⁊ pōt con
seruatū non eē qn̄ ꝯseruat̄ ⁊ qn̄ ꝓducit̄
i sensu diuisionis. Et si arguat̄. ꝓteritū
non pōt n̄ coextitisse isti. g̊ istud n̄ potest
nō fuisse. videt̄ eē falla figure dictōis cō
mutādo qn̄ i quid. Ad cōfirmatōem il
lius 2ᵉ rōis de ꝯtradictorijs volitī i eter
nitate pōt dici ꝙ licet deꝰ voluit me sed
re ꝓ a: ⁊ nō sedere ꝓ b. tn̄ ꝑus nālr voli
ta sunt ab eo ipsa obiecta. ꝙ ipsa nc̄ mē
suranᵃ. ⁊ i illo priori oꝫ querere n̄ ꝯdic
tōem istorū volitorū. alioqn ꝑ ipsa nūc
posteriora eis adiecta non videt̄ posse
tolli illa ꝯtradictio respectu hꝰ si vellet
angelū eē ꝓ hoc nūc ⁊ n̄ eē ꝓ hoc nunc
Primo querēda ē possibilitas quō vel
let angl̄m eē ⁊ n̄ eē. dico tūc ꝙ si nūc po
nat̄ in quocunqꝫ euiterno tanquā ꝓpri
um sibi deus vult ipsum esse in illo nūc
positiue ⁊ vult ipsuꝫ non esse negatiue
volendo illud nunc non esse. ⁊ tūc si ali
ud euiternum sit in cuius nunc fiāt am
bo ista hoc accidit ipsis nunc. nam illō
nunc illius euiterni non est ꝓpria men
sura eorum. sicut nec eternitas in qua
eternitate possunt esse contradictoria ꝗ

succedūt sibi in oībus mensuris. Aut si n̄ ponatur in aliquo euiterno aliquod nūc aliud ab exn̄tia actuali ipsius angeli sicut dicetur in.q. sequenti. tunc vult istum esse cum eternitate ⁊ vult ipsum esse cum eternitate non tamen vult ip̄z n̄ ēē cuz eternitate ſm omnem presentialitatem eternitatis. nec non esse cuz tota eternitate hoc modo. quia tūc esset ꝯtradictio non est autem cōtradictio cōparando ista ad eternitatem non ſm totam ratōem presētie sue infinite. Ad tertiuz dico ꝙ ad hoc ꝙ ex coexn̄tia alicuius quāti virtualis cum alio quanto ꝓprie.s. molis debet concludi infinitas quāti virtualis oportet illud necessario coexistere omnibus ꝑtibus quāti alterius. ꝓbo. quia quātum aliud nō esset infinitum nisi haberet oēs partes possibiles sicut tempus si simul esset n̄ esset actu infinitum nisi haberet necessario oēs partes eius sibi possibiles simul. ergo nihil cōcluditur esse infinitum virtualiter ex coexn̄tia eius cū toto tempoī nisi nec̄io coexistat cuz oībus partibus temporis tale autem non est euum. dico tunc ꝙ licet formaliter habeat vnde possit coexistere infinitis partibus temporis non sequitur ꝓpter hoc ꝙ sit in se infinitum. quia non habet formaliter vnd̄ necessario sic coexistat. Ad aliud simile d̄ immensitate. dico ꝙ ibi non est simile. qꝛ ibi illud quod posset esse presēs oī loco esset i eo simul ⁊ non per aliquam conseruatōem cause extrinsece. in ꝓposito autem habet vnde coexistat partibꝰ tēporis. sed nihil haberet per quod coexisteret nisi idem cāretur quasi continue ab aliqua causa extrinseca: lꝫ n̄ alia cātione: ita ꝙ simile huius magis esset de isto si causaretur continue coexn̄tia eiꝰ cum alio etiam alio loco ⁊ si hoc posset eadem causatione: nūꝙ̄ tamen vt simul coexn̄s haberet infinitam presētiam loco illud nunquā esset imensuz ita i proposito. Cōtra infinitum nō potest coexistere simul toti infinito. ita ꝙ i se totuz habeat vnde possit ei coexistere. ergo ꝙ sic coexistit est infinitum. R° añs negatur de illo infinito quod est in successione ⁊ de illo finito formaliter habēte qd̄ semper eadem actōe habet ita ꝙ nō sine tali actōe. Ad 4m conceditur ꝙ vnuz euum succedit alteri euo. ⁊ exn̄tia euiterni succedit suo opposito ⁊ vnum est pꝰ alterum. sed ex hoc non concluditur aliqua successio in aliqua vna existentia euiterni alicuius. Et ꝑ hoc patet ad oia alia argumenta ꝙ illi duo angeli de q̄bus ꝯceditur prius ⁊ posterius ꝙ vnus manet post alium si tn̄ tertius coexistēt ambobus in eē illius tertij nullum est ꝑ̇us ⁊ posterius. sicut si dies hodiernꝰ ⁊ crastinꝰ coexisterēt eternitati non ꝓpter hoc est ꝑ̇us ⁊ posteriꝰ in eternitate. Similiter ꝯceditur ꝙ ꝑ̇us est i nā angeli ꝙ̄ ipsius culpa ita ꝙ ipsa exn̄tia sb̄ innocētia eēt cum opposito illius exn̄tie. ⁊ ex illa scd̄a exn̄tia sequeretur oppoᵐ sui ⁊ oppositum primi. non tn̄ exn̄tia angeli i sua nā hr̄et aliquā saccessionez nec vt sb̄ innocentia exn̄s nec vt exn̄s sub culpa. sed tn̄ esset successio in actibus hoc est ꝙ exn̄tia vnius actus est post alteriꝰ exn̄tiam siue cum diuersitate alterius in se. Auc̄tes adductas pro illa opini. ꝯcedo qꝛ nᵃ creatura est a ꝑ̇ᵃ cā idependens. sed sp̄ dependēs a cā. non tn̄ depēdētia ꝯtinua nec alia ⁊ alia sꝫ eadez. Et ꝑꝑ istā eādē pōt qlꝫ creatura hr̄e eē cuz vna ꝑte tp̄is ⁊ non cū alia. ⁊ ꝓ tāto pōt q̄si cadeř sub tp̄e: hoc ē vt coexistat vni ꝑti tp̄is ⁊ non alteri. ⁊ ita dicaẗ fuisse n̄ fore. ⁊ ita non eternū.

Ad argumenta pricipalia ad ꝑ̇mum ꝯcedereẗ ꝙ vnꝰ angl̄s creaẗ ꝑ̇us alio. sed n̄ ꝑꝑ hoc sequiẗ ꝙ in eē angeli ꝑ̇us creati sit prius ⁊ posterius

Ad scd̄m siľr pōt dici ꝙ angelus pōt annihilari in eodez nunc negatiue si hꝫ nunc. i. ꝙ suuz nunc deficiat secū: si aū

suum nũc non differat a sua existentia.
tũc potest annihilari cũ eternitate ⁊ esse
cum eternitate sed nõ cum tota ratione
presẽtialitatis eternitatis. Ad vltimũ
dico ꝙ esse reparati sequit̃ non esse ãni-
hilati. ⁊ illud nõ esse precessit esse creati
⁊ illud esse precessit nõ esse creabilis. et
ita sequitur idem esse mediãte non esse
interrũpẽte. nec sequitur ex hoc aliqua
cõtinuatio in ipso esse si nõ fuisset anni
hilatum. quia modo nõ est successio in
aliquo vno sed vnius oppositi ad alte-
rũ. Cõtra. ergo ita simul est existẽtia i
terrupta cũ seipsa reparata sicut nõ iter
rupta. Respõdeo si nõ esset ibi successio
oppositi ad oppositum quod oppositũ
ibi mediat iter hic esse ⁊ sequeretur ꝙ es
set tanta simultas sicut si oppositum ñ
iteruenirct. nũc autẽ oppositum quasi
mediat inter esse creatum ⁊ ipsum esse
reparatum. ⁊ hoc oppositũ est aliquod
medium vel aliquam habitudinẽ habꝫ
ad vtrunqꝫ extremũ. ⁊ ideo ñ sũt ita si-
mul sicut si nõ esse non iteruenisset. si ta
mẽ modo sit idem nũc reparatuꝫ vł ea-
dem existẽtia si nullum requirit nũc ve
re idem ⁊ i eodem est existẽtia reparata
⁊ creata sine omĩ successiõe i illo i se. licꝫ
ipsum i esse positum succedit sibiipsi vt
prius positum in esse ita fuisset i eodem
nũc si ñ fuisset iterruptum ⁊ absqꝫ omĩ
successiõe vtroqꝫ modo.

Ecũdo quero

Utrũ i angelo actualiter exi-
stẽte necessarie sit ponere aliquid mẽsu
rans eius exñtiam vel duratõem existẽ
tie eius realiter aliud ab ipsa existentia.
ꝙ sic temp⁹ differt a motu ꝑ hoc ꝙ mẽ-
surat ipm̃. sicut probat phus. 4. physi.
ꝑ hoc ꝙ tempus ñ est velox nec tarduꝫ
motus aũt dicit̃ velox ⁊ tardus. ⁊ per
alias ratiões. ergo a simili euum est ali-
quid aliud ab exñtia euiterni mensurãs
i sũ. Scdo sic. quãtitas ꝑmanẽs ⁊ suc
cessiua sunt eiusdẽ generis. ergo vtrũqꝫ
est aliquid aliud a suo subiecto maxime
si illud ꝑtineat ad genus substãtie. ergo
sicut quãtitas ꝑmanẽs ẽ aliud ab eo cu
ius ẽ mensura ita h quãtitas successiua
Cõtra de illo alio si sit quero quo du
rat inesse si seipso. ergo pari ratione ipa
exñtia poterit seipsa durare formaliter
quia istud aliud nõ erit perfectius ipsa
actuali existẽtia eius cum sit quasi pas-
sio ei⁹. Si autẽ alio a se absoluto durat
in esse. erit processus in infinitum i men
suratis ⁊ mensuris.

Respondeo

Patet enim ꝙ ꝑma opi. i precedẽti. q. debuit cõcedere partem af
firmatiuam: qꝛ euum vere põt hrẽ rõeꝫ
mensure ⁊ esse quãtitatem ꝓprie. ⁊ ita
differre ab exñtia angeli que non est i se
formaliter quãta sed idiuisibilis. simlr
in illa existẽtia succedũt sibi iuicem nũc
eui alia ⁊ alia. g̊ vtrunqꝫ differt ab ipsa
exñtia angeli sicut quoddam absolutũ
ſm illam positõm. quia sunt indiuisibi
lia de genere quantitatis. Simlr aliq̃
tenentes scdam opionem in precedenti
. q. s. de indiuisibilitate eui. dicunt ipsuꝫ
euum pertinere ad genus quãtitatis. ñ
sicut diuisibile sed idiuisibile in genere il
lo ita ꝙ ex multis indiuisibilibus eiusđ
speciei mensurantibus. s. exñtias pluriũ
euiternorũ eiusdem speciei potest cõpõi
quãtitas discreta que sit numerus ⁊ mẽ
sura in euiternis sicut numerus i corpo
ralibus est ex indiuisibilib⁹ vnitatibus
discretis in eis. ꝓ hoc adducunt ratões
quere. Cõtra: istud arguitur sicut ꝑus
argntum ẽ in qõne. q̃nta ꝑme di. huius
scdi in solutione ꝑncipali. illud qđ esset
distinctum ab aliquo esset posterius eo
naturaliter necessario est idem illi si icõ
possibile ẽ illud aliud eẽ sine eo. igr̃ si i-
possibile ẽ eẽ angelũ sine aliquo extrin-
seco ꝙ sit mensura actualis exñtie eius
cũ illud si essꝫ aliud esset posterius nãlr
ipsa actuali exñtia angeli: sequitur ꝙ ñ
est aliud ab exñtia ei⁹. aut si ẽ aliud ⁊ ꝑ

ñs posterius poterit actual' exñtia abs
z ꝯtradictõe esse sine eo. ꝛ ita ñ ẽ neciũ
onere illud. Confirmat rõ ista ꝛ illa
lr de qua fit mentio in. 5. q. di. p̄ˢ hui⁹
di. qꝛ distinctio aliq̃rum quoꝝ vnũ p
zie iest alteri non ꝯcludit nisi vel ex se
atõne actuali vel potẽtiali vel nisi sint
lia q̃ sic se hẽant adiuicez sic aliq̃ alia
uorũ vnũ ẽ sepabile ab alio. hoc 3ᵐ ad
o. qꝛ ẽm phm. 7. meth. c. de ptib⁹ diffi
tõis pabola socratis minoris vel iuni
is multos seduxit a vitate dicentis q̄
non ẽ circl's nisi i ere non pp hoc ẽ cir
l⁹ in diffinitõe eris ꝛ a sili iferentis q̄
on oz carnes esse i diffinitõe hõis licet
ó non sit sine carnibus dato iquã q̄ ẽ
cõpossibilis sepatio istoꝝ ab inuicez
tñ ista sic se hẽant ad iuicem sicut aliq̃
a quoꝝ est possibilis sepatio ꝯcludit
a eẽ disticta. puta si ex rõne ꝑpria cir
li ꝛ trianguli carnis ꝛ ligni ꝯcluditur
clm sic se hr̃e ad lignũ sicut triãgulũ
carnem. ꝛ pbat sepabilitas ex vna p
ꝯcludit distinctio ex alia. Et dato q̄
insepabilitas ab vna pte hoc non est
ꝑpria rõne sz ex aliq̊ extriseco. Acci
o g̊ q̄ nihil põt ꝯcludi eẽ distinctũ ab
o nisi vel pp sepatõem actualẽ vl po
tialem vel pp ꝑportõnem istoꝝ ad
q̃ alia quorũ alterum est ab altero se
bile. sed i ꝑposito nllm istorũ ꝯtigit.
n. n. p te est hic aliq̃ sepatio actualis
l potentialis. nec ista se hñt ad iuicez
ut aliq̃ distincta ꝛ sepabilia. qꝛ nihil
tinctũ ab alio realit sine q̊ non põt es
ine ꝯtradictõe ẽ prius eo. sz vel ẽ po
rius eo nãliter vel simul nã cum eo.
ud aũt qõ ponit aliõ ab angelo si eẽt
posterius nãlr. igi ꝛc̃. Instat cõtra
ud sic. qꝛ nunc ẽm sbam se hẽt ad sb
ntiã mobilis sicut istud qõ ponit mẽ
a duratõis exñtie angeloꝝ se hz ad
i exñtiam. qꝛ sicut ista exñtia manet
dez mensurata hoc idiuisibili. ita põi
ex alia pte de nunc ꝛ de sba mobilis
ñ ex illa pte inuenit distinctio iter sb

stantiã mobilis ꝛ sbam ipsi⁹ nũc. igr̃ ꝛ
hic. q̄ aũt debeat poni aliqõ tale nc̃ mẽ
surans mobile idẽ ẽm sbam videt eẽ in
tentionis phi. 4. phy. vbi dr̃ soluere qõ
nem quã mouet de nũc. vtrũ sit idem i
toto tpe. dicendo q̄ est vnũ ꝛ idem ẽm
sbam dr̃ens ẽm eẽ. Istã instãtiam ex
cludendo p̄mo oñdo q̄ illud qõ suppo
nit de nũc ẽm sbam sit falsum ꝛ ꝯtra in
tentõem phi. qꝛ phs ꝑbat q̄ nũc sequit
illud qõ fert p hoc. qꝛ eo qõ fert cognos
cimus pri⁹ ꝛ posteri⁹ i motu ꝛ ipso nũc
cognoscim⁹ pri⁹ ꝛ posterius i tpe. sz hec
non sũt vã de mobili ẽm sbam sz ẽm q̄
est sub mutatione alia ꝛ alia. qꝛ si accipi
at mobile ẽz sbam absolute non cogno
scit eo pri⁹ ꝛ posterius in motu. igr̃ nec
p idẽ nunc ẽm sbam cognoscimus pri⁹
ꝛ posterius in tpe. sz p aliud ꝛ aliud. Si
milit phus in 2ª ꝑprietate de nũc dicit
q̄ non est sine tpe nec eꝯ°. qꝛ mot⁹ non ẽ
sine mobili nec eꝯ°. ꝛ sic motus ad mo
bile ita numer⁹ motus vel vnitas mot⁹
ad numerũ siue vnitatem mobilis. slm
est aũt q̄ mobile ẽm sbam suã non pos
sit eẽ sine motu. sed p̄cise verũ est õ mo
bili vt ẽ sb mutatõe. si igr̃ sit alterũ mo
bile in toto moto. g̊ ꝛ nũc sibi corrñdẽs.

Preterea quõ posset ipm nunc indiui
sibile fluere ẽm diuersa eẽ que necio es
sent indiuisibilia quin totus fluxus eius
cõponeret ex indiuisibilib⁹. ꝑbat. n. phs
ex intentõe. 6. phy. q̄ indiuisibile ñ põt
moueri. qꝛ tũc motus ei⁹ cõponeret ex i
diuisibilibus. qꝛ prius ptransiret min⁹
vel sibi equale q̄ maius. g̊ tp̃s est cõposi
tum ex indiuisibilibus qõ est ꝯtra phm

Ad hoc etiã sunt due rõnes phi qua
rum vna est talis. illa dicunt simul que
sunt in eodem indiuisibili. igi si est istãs
idem ẽm sbam omnia que sunt eque p̄
sentia ꝛ simul. ꝛ que nũc ꝛ que millesi
mo anno. Alia ratio est qꝛ cuiuslibet ꝯ
tinui sunt duo termi distincti. quam rõ
nem sic declaro. qꝛ nunc ẽm sbam si est
ipsa sba mobilis non est nisi ꝯtendere õ

vbis. si aut est aliud ab ipsa puta aliqd indiuisible de genere quantitatis. quero cuius sit continui terminus vl cuius discreti pars. qz omne indiuisible de genere quātitatis per se vl est terminus continui vl pars discreti. si pōatur pars discreti. g ponit tempus discretum. quod phus nō cōcessit. si ponat terminus cōtinui. g oportet ꝙ sit aliud ꝛ aliud ꝭm sbstantiā ꝭm ꝙ terminat aliam ꝛ aliā partem cōtinui. s. temporis. qz impossibile est idem ꝭm sbaz eē p se terminus alicuius quātitatis ꝛ eiusdem principiuz. Et si dicas ꝙ termiat ꝭm diuersa eē. Contra cum ista accidūt illi nūc idez ꝭm sbstātiā. qz p te illud manet idem sub diuersis esse. ꝛ p ꝯñs ista accidūt sibi ꝛ ōe īdiuisibile de genere quantitatis. vl per se terminat quātitatem vel est pars discreti: seqtur ꝙ istud nūc ñ sit indiuisibile p se de genere quātitatis. Preterea ista eē quero cuius generis sūt. si sint indiuisibilia de genere quātitatis. igr sufficiūt ad terminādum ꝑprium cōtinuū absqz iº nunc ꝭm sbaz quod est icōueniens. quia nllum indiuisible per se terminat nisi ratiōe qua est terminus huius diuisibil. si autem sūt alterius generis. puta qualitatis. igr qualitas erit per se ratio terminādi cōtinuum i genere quātitatis. Et p̄rea quomō ñ mutaretur ipsum nūc ꝭm substātiam si mutat ꝭm diuersa eē. ꝛ tūc oportet eius ꝛ suorum eē querere mēsuram. ꝛ sic i infinitum.

Preterea aut istud nūc ꝭm sbam idez est i quolibet mobli aut p̄cise i vno. nō i quolibet. qz tūc vnum accidens numero esset i diuersis substātijs. nec i vº mobili p̄cise. Ad phum dico ꝙ nō itelligit nūc manere idem scōm substātiam. qz oppositum sequitur ex dictis eius: sz quodcūqz vnum nūc cōsideratum ꝭz se est idem. ꝛ hoc dicitur esse idem ꝭm sbstātiam. cōsideratum autem i ordie ad tempus preteritū ꝛ futurū cuz sit terminus p̄teriti ꝛ pricipiū futuri dz distictuz ꝭm eē. Et ad hoc declarādum est illud simle de mobli qd manet idem nō qdez mobile vt absolute p̄cedit mutatōnem qz hoc mō nūc ñ est mēsura eius nec aliquid ptinens ad tp̄s sed mobłe vt ē sub vna mutatōe est idem ꝭm sbam hoc est ꝭm esse illius mutatōis cōsiderate ꝭz se ꝛ est aliud ꝭm eē hoc est vt sub illa mutatiōe terminat p̄teritum ꝛ initiat futurū ꝛ ꝭm hoc dr alibi ꝛ alibi eē non quidem actu sed i vno vbi medio iter extrema inꝗtum illud terminat motū scōm prius vbi ꝛ inchoat motū ꝭm posterius vbi dz alibi ꝛ alibi. qz mutari est aliqd vtriusqz extremi. vñ phus. 6. physico. vult ꝙ quāuis aliquid sit i vno medio tamen illud ē aliud ꝭm extremum vtrūqz. Sed quomō ex hoc soluatur illa .q. phi quam mouet. 4. physic. vtrum idem nūc ꝭm substantiaz maneat in toto tempore vel nō. Dico ꝙ sicut questionem illam vtrū tempus sit nunꝙ soluit expresse. sed aliqua dicit ex qbus potest colligi eius solutō. ita ꝛ in isto. si. n. quodcunqz vnum mobile precise habeat identitatem scōm substātiam. hoc ē ad se ꝛ distinctōnem scōm esse hoc ē ꝭz ordinem ad aliam ꝛ ad aliam partē motus. ꝛ eodem mō de instanti respectu ptium temporis. ꝛ non est tanta idētitas instātis in toto tempore quanta est vnº igr instās i toto tempore est aliud ꝛ aliud ꝭm sbaz. Dico tūc ad istātiam si aliquod nūc similiter se hēt ad substantiā mobil sicut euum ad substātiam angeli illud nunc non est aliud ꝛ aliud aq ipsa substātia nec est aliquod indiuisibile in genere quātitatis. ꝛ si fingat aliquod nc de genere quātitatis mensurare mobile ꝭm substantiam nihil tale est in angelo actualiter existente sicut prius ꝑbatum

Sed contra istud arguit sic moblē potest considerari tripliciter. vel vt est sub medio mutatiōum. i. inter termios mutationum. vel sub terminis mutationū vel vt est prius motu ꝛ mutatiōe possi-

bile tñ recipere ista. p̊mo° corrñdẽt sibi
diuersa nũc ƺ eẽ. 2° mõ corrñdet sibi tẽ
pus medium inter illa nunc. igr̃ 3° mo-
do corrñdebit sibi aliqua ꝓpria mensu
ra. ꝫ hoc non ẽ nisi nũc ꝺm sᵭaꝫ. igitur
rc̃. R° si oportet tp̃s differre a motu ⁊
per ↄñs instans a mutatione nõ est silr̃is
rõ ꝙ ponatur aliq̈d differens ab exñtia
ipsi⁹ angeli vniformi qđ sit mensura ei⁹
nam si tempus differt a motu hoc iõ ẽ.
qꝛ partes eiusdem ꝓportionis alic⁹ mo
tus non nec̃io sũt eq̃les in numero ⁊ q̃
titate partium eiusdẽ ꝓportionis tem-
poris. nulla aũt quantitas est eadem al
teri q̃titati nisi partes eiusdeꝫ ꝓportõis
⁊ quantitatis in ea sint equales partib⁹
eiusdem ꝓportionis in reliqua. ⁊ h° eq̃-
les tam in numero q̃ i magnitudine. lo
quendo aũt de quantitate que est i mo-
tu quam hẽt ex p̃te magnitudinis siue
forme ꝺm quam est motus pñt aliq̃ par
tes motus. puta decem p̃tes integrates
totum motũ esse cum decẽ p̃tibus tp̃is
sed non sunt eedem eis. qꝛ cum eisdeꝫ p
tibus tp̃is pñt eẽ plures partes mot⁹ eq̃
les priorib⁹ p̃tibus motus vel tot iequa
les. qꝛ si dupla virtus mouet idem mo
bile. ⁊ per ↄñs duplo velocius nulla ps
erit in motu tardiori que non erit i mo
tu velociori loquendo ỏ partibus quas
habet in magnitudine secũdum formã
qua est: quia mouens mobile motu ve
lociori non facit simul pertransire aliq̃s
partes magnitudinis sed precise alteraꝫ
post alteraꝫ. g̊ tot p̃tes sunt in motu ve
lociori ⁊ tante loquendo de ista quanti
tate quot ⁊ quante sunt in motu tardi-
ori. non potest aũt idem tẽpus ⁊ habẽs
easdem partes esse cum isto motu ⁊ cuꝫ
illo motu. ergo ille partes temporis nõ
erunt eedem nec p̃tibus istius mot⁹ nec
illius. quia non in eadem ꝓportõe se ha
bentes ad totum ⁊ equales istis partib⁹
totius si hoc est verum. ex hoc conclu-
deretur ꝙ indiuisibile vnius vnius quã
titatis non est indiuisibile alterius quã
titatis. sed ex hoc non sequitur ꝙ in ali
quo permanente hñte semper eẽ vnifor
me oporteat ponere aliquid aliud a se
ꝓ mensura. quia ibi non tenet ratio de
illis magnitudinibus nec partibus eaꝝ
est ergo falsa ↄñtis a maiori affirmatĩe
si mutatio ⁊ motus habent mensuras
alias a se. igitur ⁊ ip̃a sᵭa que p̊or ẽ mo
tu ⁊ mutatione habet mensuram aliaꝫ
a se. minus. n. videtur eẽ distinctio siue
nõ identitas p̃manente q̃ in fluxu siue
in motu ⁊ eius mensura. Si tñ placeat
dare aliquam aliã mensuram illi mobi
li ꝺm ꝙ est in se prius motu ⁊ mutatio-
ne illa mensura erit euum sicut patebit
in. q. de mensura operationum angeli:
Et si queras aliã mensurã eius inq̃tũ
est in se ⁊ inquãtum est susceptiuuꝫ mo
tus ⁊ mutationis. Dico ꝙ non est aliud
quia sᵭm ꝺm illud quod est in se est sus
ceptiuũ sue ꝓprie passionis. Et simlr̃ si
qua sit mensura eadem ẽ. vñ nõ est alia
mensura sup̃ficiei inq̃tum superficies ẽ
⁊ inquãtum susceptiua ẽ albedinis ⁊ ni
gredinis. ita dico ꝙ si sᵭa primimobilis
vel cuiuscũqꝫ alterius mensuret euo nõ
est alia mensura eius inquãtum ẽ prius
motu nãlr̃ ⁊ mutatione ⁊ inquãtum ẽ
receptiuũ mot⁹ ⁊ mutatõis. Et si dicat
ꝙ inquãtum quiescens est habebit aliã
mensuram q̃ euũ: hoc flm ẽ sic patebit
ibi.

Ad secundã partẽ

questionis qua queritur an debebat po
ni in angelo exñte aliquid mensurãs ei⁹
exñtiam. Dico ꝙ mensurare est quanti
tatem ignotam certificare p quãtitateꝫ
magis notam. certificatio autem aliqñ
põt fieri per quantitatem exñtem in re
vel imaginatione. sicut artifex expertus
p aliquam quãtitatem quam habet in
sua imaginatione mensurat quantita-
tem quãcũqꝫ sibi occurrẽtẽ. aliqñ ãt p̃t
fieri p q̃titatẽ aliquã exñtem in re. ⁊ h°
tripliciter. vel excedentẽ. ⁊ tũc certificat

intellect' ō quantitate minore p acces'
sū ei' ad quantitatē maiorem vel reces
sū ab ea. Et hoc mō mensura ponit i q̄
ditatibus rerū ⁊ mensura est pfectior ip
so mensurato que dr̄ esse notior nālr ip
so mensurato sicut albedo ponet mēsu
ra in gnē colorū. ⁊ deus dr̄ pᵃ mensura
oīum que sūt in gnē aliq̄ Alioº mensu
rat p quantitatem excessā. qꝫ quātitas
nota minor ē ⁊ pars quantitatis maio'
ris q̄ magis ignota est. ⁊ tūc illa quanti
tas minor per sui replicatōeꝫ mensurat
ipm totum q̄tum mai'. ⁊ hocº minor
motus pōt eē mensura maioris motus
ex nā rei. 3º mō mensurat quātitas ig'
ta p aliam quātitatem notā ⁊ distinctā
⁊ equalem sibi. ⁊ hoc fit p applicatōem
siue supponem. Et qꝫ illud qd̄ est mēsu
ra ex nā rei dꝫ esse noti' nālr ipso mēsu
rato iō in isto mō. s. tertio vnū equaliū
non ē mensura alioꝝ nisi illa equalitas
nota fuerit ex nā rei. ⁊ hoc mō tps si est
alia quātitas a motu ⁊ notior eo pōt es
se mensura motus ex nā rei. alicui tn̄ in
tellectui pōt illud esse mensura qd̄ ex nā
rei non est mensura. puta si alicui sit no
ta quātitas vlne ⁊ quantitas pāni igno
ta: pōt tunc quātitas vlne eē mensura
quātitatis pāni. lꝫ ex nā rei neutra quā
titas habeat maiorem certitudineꝫ alia
Ad ppoᵐ igr̄ applicando dico ꝙ i ac
tuali exn̄tia angeli non oꝫ q̄rere aliquā
mensurā intrīsecam aliā a nā rei ipsius
mensurate. qꝫ sicut pbatum est iā nihil
est ibi aliud realr a nā rei mēsurate. mē
sura aūt ex nā rei aliud est a mēsurato.
Et pꝫ ꝙ si ponit in angelo aliq̄ mensura
non ponet in eo nisi hoc tertio mō. nec
.n. est excedens nec excessa sed eq̄lis. nec
illa exn̄tia videt posse eē mensura suiip
sius sicut i aliῑs quātitatibus vt distin'
cte cognita pōt esse mensura suiipsi' ꝭꝫ
ptes suas cōfuse cognitas. non ita ē hic
cū ista exn̄tia sit indiuisibilis non potes
cōciperes parte ꝯfuse i se. qꝫ nō hēt i se
ptes. s. mplr. g̊ n̄ est nec̄e i angelo exn̄te
ponere aliq̄d aliud ab actuali ei' exn̄ti
ꝙ sit mensura illius exn̄tie actualis. ⁊
non ē plalitas ponenda sine nec̄itate ⁊
non sit nec̄itas non videt eē hic ponēd
plalitas. non solū aūt non est necessari
ponere aliq̄d absolutū p mēsura sꝫ ne
relationem aliquā. qꝫ non est necesse
aliā relationem aliquā ponere q̄ illam
que est ad cām efficientē vel ꝯseruante
⁊ illa non ē aliud a fūdamento ex. q. vl
tima pme di. hº. 3.

Ad primum princi

pale pꝫ ꝙ ꝯn̄a non vꝫ de tpe ⁊ motu cō
parando ad exn̄tiam angeli. ⁊ rō priue
dicta est rn̄dendo ad vnū arᵐ. qꝫ illud
qd̄ ꝯcludit dr̄iam motus ⁊ tp̄is non cō
cludit hic esse aliq̄d distictū ⁊ aliud ab
exn̄tia actuali angeli. iō nec mensura.
Ad scdm̄ pꝫ ꝙ non conceditr aliq̄d eē i
actuali exn̄tia angeli ꝙ sit pprie quanti
tas nec indiuisibile de gnē quātitatis qꝫ
sola exn̄tia videt posse nosci absqꝫ oīni
alio addito.

Ertio quero

Utrū oīm euitnorū sit vnuꝫ
euum. ꝙ non. pmo qꝫ tūc illud esset i vº
sbiecto quo destructo vel mutato mu'
tarent oia alia euiterna. qd̄ videt icōueni
ens. ⁊ silr destructis aliῑs videt illō mu'
tari. qꝫ non est i eo euum respectu alio'
rū. Contra vnū est tempus oium tpa
lium. 4. phy. g̊ vnum euuꝫ oium euiter
norum.

Hic dicitur

ꝙ tot sūt eua q̄t euiterna
ita ꝙ in quolꝫ euiterno est aliqd̄ indiui
sibile pprium ptinens ad genus quāti'
tatis. ⁊ ex multis talib' pōt cōstitui vn'
numerus sicut recitatum ē. Sꝫ ista po
sitio ponere videt pluralitatē sine neces
sitate. iō videt dicendū ꝯtra eam sicut i
pcedenti. q. dictum ē. qꝫ aut euū vocat
actualis exn̄tia āgeli euiterni. ⁊ hoc mō
quot sunt angeli tot sunt eua. aut dicit

aliquid intrinsecum alicui actualr exñti mensurans ipsaꝫ exñtiam. ꝛ hoc mō euum nihil ē sicut ꝓbatū ē in ꝑcedenti .q. Aut euum dr̄ aliquid extrīsecū aliō ab actuali exñtia euiterni. qō tm̄ extrīsecū ex nā sui natum ē mensurare actualem exñtiam ipsius euiterni. ꝛ tunc pōt poni tripliciter. qꝛ vel pōt negare tale extrinsecū ex nā sui natum mensurare actualem existentiā ipsius euiterni ponendo oīa euiterna habere existentiā eq̄ inuariabilem: qꝛ lꝫ vna existentia sit ꝑfectior alia ꝛ per hoc posset eā mensurare tali mensuratōe q̄dditatiua. sicut loquitur phs. io. meth. ꝙ ꝑmum in omni genere ꝛc̄. tm̄ mensuratōe duratiua que dicitur aliq̄ mō reducit ad genus quātitatis non videt vna existentia iuariabilis esse iuariabilior alia: qꝛ cuilibet oīno repugnat successio ꝑtium ī ipsa. ꝛ tunc dicētur ꝙ cum euū ponat mensura alic° ī quātum durās est inuariablr ꝛ illud sic extrīsecū oporteret esse notius ex nā rei ꝼm rōem inuariabilitatis. ꝛ cū nō sit talis dr̄ia inter existentias euiternoꝝ nihil sic erit euuꝫ. Uel alio mō potest dici ꝙ quelibet existentia superior est simplicior qualꝫ existentia īferiori ꝛ nata certificare de ipsa existentia inferiori ex nā rei ꝛ ꝓ tanto quelꝫ existentia suꝑioris posset dici euū respectu inferioris. ꝛ tūc tot sī eua q̄t euiťna excepto hoc ꝙ in vltio euiterno non est euū. qꝛ existentia eius nullam aliam existentiā inuariabilem mensurat. ꝛ silr existentia suꝑmi angeli est tm̄ euum respectu alioꝝ inferiorum qꝛ existentia ei° iuariablr mensurat oēs alios ꝛ non hꝫ euū aliquod isto mō. qꝛ nullā aliā existentiam hꝫ suꝑiorem se.

Uel potest dici tertio mō ꝙ si euū nō dicat quocūqꝫ existentia simpliciō alia ꝛ notior nata certificare de ea sꝫ illa simplicissima que ex rōne sua formali ꝛ in se est certissima. ꝛ ꝑmo nota nata certificare de aliꝫs hoc° pōt ꝯcedi tm̄ vnum euum. s. exñtia ꝑmi angeli respectu oiuz alioꝝ euiternoꝝ. Quecūqꝫ aūt istarū viarū ponat saltem non ē in aliq° euiterno suū euū nec in vltimo euiterno ē aliquod euū nec ꝑmuꝫ siue suꝑmū euiternū in quo est primū euū mensurat aliq° euo. qꝛ nihil tale hꝫ in se ex. q. ꝑcedenti. nec ī alio ex nā rei nata est certificari. qꝛ quelibet alia ē minus certa. Cōtra istō primo arguit ꝙ tūc sequeret si ita est ꝙ ꝑmus motus non mēsurabit tēpore sic nec primū euiternū mensurat euo. videtur. n. similis cōpatio hinc ꝛ iñ. Cōceditur ꝯñs ꝑꝑ istā rōnem. qꝛ ꝼm phm. 4. phy. oē quod est in tpe excedit a tpe ꝛ corrūpitur ꝛ tabescit in tpe. ꝛ iō necīa ꝛ impossibilia nō sūt in tpe. prim° igī motus qui nō corrūpitur in tpe nec excedit ab eo nō est in tpe nec mensurat tēpore.

Sed ista rō nō vꝫ. qꝛ aliquid esse in tēpore est sicut aliquid esse in numero. nō est aūt de rōne exñtis in numero ꝙ excedatur a numero. immo si accipiat pri^m numeratū hoc est adequatum numeratū illud adequatur ipsi numero sed de rōne numerati est ꝙ pars eius excedat a numero. qꝛ ipm est maius sua ꝑte ꝛ ipꝫ totum est adequatū numero. igit pars eius exceditur a numero. Ita dico ꝺ ente in tpe ꝙ exquo ōe tale ens est de necītate variabile ꝼm aliud ꝛ aliud esse necesse est ꝼm aliq̄d sui. puta ꝼm aliquam distinctōem quā hꝫ ex parte tpis ꝙ excedatur a tpe. qꝛ alr se hēbit in alia parte tpis. ꝛ iō impossibilia ꝛ necīa non sunt in tpe. qꝛ nō est alia ꝛ alia dispositio in eis vt possint excedi a tpe vl aliter se habere. ꝑmus aūt motus licet ꝼm se totuꝫ non excedatur a tpe tm̄ exceditur a tēpore ꝼm quālibet eius partem ꝛ hoc suffic ad hoc vt vere dicat mēsurari tpe. ꝛ videt incōueniens ꝙ tp̄s cum sit mensura vniformis quin habeat aliquod pri^m vniforme. tale videtur primus motus. Tūc ad argumentum nego ꝯñam. qꝛ ñ est similis ratio hic ꝛ ibi. Similiter etiā primus motus mensuratur tempore h°

est qȝ vel motus pōītur aliud a tpe ꝓpter illā rōem q̄ supi⁹ posita ē ꝺ 4.⁰ phy. vel ponendo tp̄s esse idem motui pōt ille mot⁹ mensurare se non q̄dem p̄mo sȝ ſm ptem que nota est nata mensurare totum sicut dicit philosophus 4.⁰ phy. tempus mensurat ipsum motum in determinando quēdam motū postea mēsurabit totū motum sicut longitudinez cubitus in ꝺterminando aliquā magnitudinē que metieť totum. neutra tm̄ rō pōt esse in ꝓposito. qȝ non ē aliq̄d i euiterno p̄mo aliud ab exn̄tia sua. nec ipsa exn̄tia sua est quāta vt mensuraꝛ possit se ipsā ſm aliquā ptē notā sibi.

Ad primum argu^m dico ꝙ destructo p̄mo non sequiť alia mutari nisi ſm q̄dam relatōem in eis. puta qȝ tunc non erūt mensurata a p̄mo sicut p̄us fuerit mensurata nec est incōueniēs ponere talem mutatōem in aliquo qd̄ prius hūit relatōem ⁊ modo non. Similiter qd̄ infertur ꝙ illud mutabitur destructis aliis. dico ꝙ non sequiť. qȝ prius ad i⁹ alia non habuit relatōem realē sed tm̄ rōis. qȝ non se habuit ad illa sicut mensura dependens ad mēsurata sed sicut excedens. ⁊ iō destructis alijs non mutabiť absolute nec ſm aliquam relatōem realem. qȝ nulla relatio realis p̄us fuit i eo ad illa. Ad argumentū in oppositū pōt dici ꝙ loquendo de euo ꝓut dić aliquid extrinsecū aliud ab exn̄tia angeli mensurata. p̄ma opi. sola negat vnum euum cē illo mō. scd̄a aūt ⁊ tertia concedūt vnum euum lȝ scd̄a non ꝯcedat v^m euum tm̄. Et tūc si arguas ꝙ tm̄ ē vnuz tempus oīum tpaliuȝ. ḡ oȝ esse tm̄ vnū euum oīum euiternoꝝ. ꝯn̄a non valet. qȝ non oīs motus superioꝛ hȝ rōem mēsure ex nā rei respectu inferioꝛis. nec hȝ ꝯditōes mensure ex nā rei sicut hēt quelibet exn̄tia superioꝛ respectu inferioꝛis loquēdo ꝺ exn̄tijs inuariabilibus angeloꝝ. ⁊ iō nō est similis rō hic ⁊ ibi. s. ꝙ sicut ibi tm̄ est vnum tp̄s oīum tpaliuȝ ꝙ ita sit hic tm̄ vnum euum omniū euiternoꝛum.

Quarto et ulti mo quero quātuȝ ad istā materiam vtrū opatio angeli mēsureť euo ꝙ non ꝑ auctoꝛem de cāis. ꝓpōne penultima. Inter rē cuius sb̄a ⁊ actio mensurať tēpoꝛe ⁊ rō cuius sb̄a ⁊ actō mensurať eternitate ē res media cuius sb̄a mēsurať eternitate vľ euo ⁊ actio mensuratur tpe. angelus est hi⁹. ḡ ⁊c̄. Preterea 8. phy. nihil generať vt statim non sit. ḡ oīs operatio angeli duraṫ ꝑ tp̄s. ⁊ ꝑ ꝯn̄s p̄cise non est in instāti. si aūt esset i euo cum nō sit sempiterna eēt p̄cise in aliq̄ instanti. ḡ ⁊c̄. Oppositum. opatio angeli nō mensuraṫ tpe nec eternitate. igiť euo. ꝯn̄a ꝓbatur. qȝ non ponunť plures mensure in moꝛa eēndi. Añs ꝓbatur ⁊ patet de eternitate: de tpe ꝓbatur. qȝ angelus posset hr̄e opatōem nō exn̄te motu celi. sȝ motu celi n̄ exn̄te n̄ ē tp̄s. ḡ ⁊c̄.

Hic dicitur ꝙ opatio angeli intrīseca mensuratur tpe discreto quod ponit sic. mensura que ē duratiōis rei est modus quo res mensuratur ⁊ ipsa ꝓpoꝛtionať mensurato sicut mensura p̄manētis est p̄manens ⁊ fluentis est fluens. igr̄ talem ꝓpoꝛtōem oȝ inuenire inter cognitiōes vel opationes angeli ⁊ mensuras eoꝛuȝ iste aūt cognitiones sunt trāseuntes. q̄a angelus nō oīno hȝ vnam intellectōem sibi possibilem sed multas: ⁊ transeunt oꝛdine quodam. ita ꝙ vna post aliaȝ. ⁊ tm̄ absq̧ ꝯnexione ita ꝙ angelus nō habet vnam cognitionem cōnexe post aliam vel ex alia. quia non discurrit absȝ etiam successione. quia nulla istaꝝ opationum est in ꝯtinua acquisitione ⁊ deperditione. sed dum est tota simul ⁊ indiuisibilis. ḡ coꝛrespondebit eis mensura ꝓpoꝛtionalis habēs partes trāseuntes oꝛdinatas idiuisibiles. tale est tp̄s discre

tum. igr̄ ⁊c̄. Et ꝯfirmatur ista rō̄ ꝑ Au-
gu. sup genes. ad lr̄am vbi vult ꝙ deus
mouet creaturam spūalem ꝑ tp̄s. Si āt
queritur q̄d sit illud discretum tp̄us. dr̄
ꝙ est vere quātitas ⁊ quātitas discreta
distincta spē a ꝯtinua. nec est spēs discre
te que est numerus. q꜠ ꝑtes hu⁹ tp̄is n̄
ꝑmanent. numeri quidem ꝑtes perma-
nent. ita ꝙ si non ꝑmaneant hoc accidit
numero. pars aūt orōnis necessario nō
permanet. ⁊ tn̄ non ꝯtinuat cū alia par
te. ꝯuenit ḡ tp̄s discretum cū orōe ꝑ hoc
ꝙ pars eius non ꝑmanet. sed differt ab
oratione. q꜠ quelibet pars orōnis voca
lis cū vocali vel ꝯsonantis cū cōsonāte
p̄t eē in tēpore nr̄o vere ⁊ mensurari ab
aliqua parte tp̄is. lꝫ non necessario ꝯti-
nuet alij parti. nulla autē cognitio ange
li pōt in se mensurari tp̄e. q꜠ indiuisibl'e
est nec potest ꝯtinuari cum alia. Sꝫ si
queritur quare istā quātitatem discre-
tam non ponit Ari. inter spēs quātitatis
rn̄detur ꝙ posuit intelligentias eē quos-
dam deos. ⁊ ideo nō posuit aliquā mē
suram corrn̄dentē operatiōi tali eorum
nō simul totā. Si queratur quō se hꝫ
istud tp̄s discretum ad tp̄s nostrum. dr̄
ꝙ nunc tēporis discreti necessario coexi
stit alicui parti tp̄is nostri: ⁊ per ꝯn̄s oī
bus ꝑtibus que sunt simul cum illo istā
ti. Si. n. angelus cum aliquo instāti no
stro hēat aliquā cognitōem primo non
statim in ꝓximo instāti hēbit aliaꝫ sed
in tp̄e sequenti habet aliam cognitionē
⁊ in vltimo instāti illius tēporis sequen
tis pōt hr̄e aliam cognitōeꝫ continue cū
tēpore nostro. Et additur ꝙ instās istō
non hꝫ aliquam ꝓportōem ad instans
nostrum. quia idem nunc illius tēporis
discreti potest coexistere cum quātocun
ꝗ nostro tēpore maiori vel minori scōꝫ
ꝙ angelus pōt continuare eandeꝫ itelle-
ctōem indiuisibilem cū maiori vel mīo
ri parte tp̄is nostri absꝗ alia noua itel-
lectione. Cōtra ꝯclusionem hu⁹ posi
tōis arguo p̄mo sic. que hn̄t vniformeꝫ
modū manendi dum manēt hn̄t men-
suram eiusdem rōis in morādo. lꝫ vna
diutius maneat ꝙ̄ altera. sed ista cogni
tio angeli dum manet habet modū ma
nendi eundem cum existentia angeli. lꝫ
non habeat tantam duratōem sicut exi
stentia eius hꝫ. igitur hꝫ mensurā eiusō
rōis cum illa existentia. ⁊ ita mensurat
euo sua operatio ⁊ non tēpore. maior
ꝓbatur. q꜠ formali rōni existentie ange
li ſm vniformitatē vel difformitatē cor
rn̄det ꝓpria ratio mensure. ſm istos di
stinguēdo tres modos mensure rerū. ⁊
ita patet maior. pꝫ etiam minor. q꜠ vo
lunt ꝙ mensura media correspōdeat il
lud qō hꝫ moram indiuisibilē ⁊ tn̄ defe
ctibilem ita ꝙ pōt ex se non eē. ⁊ ita mē
suram ponit euum. nunc aūt sicut ange
li existentia est idiuisibilis ⁊ tn̄ defectibi
lis. ita ⁊ cognitio eius ſm istos. Si di
catur ꝙ cognitō non semꝑ erit ⁊ exn̄tia
eius semꝑ erit. ⁊ ita non ē sil'e de exn̄tia
ei⁹ ⁊ cognitione. Istud non videt valere.
q꜠ etiam si angelus foret statim anni
hilandus non ꝓpter hoc nō mēsuraret
euo dū manet. Si etiā dicat ꝙ in ptā-
te ei⁹ est hr̄e cognitōem istā vel nō habe
re. sic nō est de actuali exn̄tia eius. Nec
hoc videt valere. q꜠ sicut aliqn̄ non fore
nō variat exn̄tie mēsuram dū māet. ita
multomagis illa cā per quā pōt ista po
tentialitas reduci ad actum. puta ꝑ cre-
atā vel icreatam non variabit formaleꝫ
rōem mensure exn̄tie eius vel morā ei⁹
2° instanti isti meruerūt ⁊ nō illi q2 po-
suerunt obicē. ita ꝙ si n̄ posuissent fuis
sent premiati sicut alij. Possunt ta-
men poni tres more. ⁊ hoc multiplicit̄.
Uno mō ꝙ in p̄ma mora fuerunt oēs i
naturalibus suis. in 2^{a} mali in peccato
⁊ iusti in merito. in 3^{a} in gratia ⁊ fuer̄t
boni simul ⁊ in p̄mio ⁊ in gloria ⁊ ma
li in pena. Et hec videtur via mgastri
qui videt dicere ꝙ mali demeruerūt ap
poni sibi gratiā quādo apponebat bo-
nis quasi iam peccassent in 2^{a} mora an
teꝙ in tertia in qua imponebat bonis.
⁊ tunc in tertia mora boni simul dura-
tione habuerūt gratiā ⁊ gloriā. Alio
modo ponendo tres moras. ꝙ .s. in pri-
ma omēs fuerunt in naturalibus in 2^{a}
boni in gratia ⁊ in merito. ⁊ mali in de
merito. in tertia ⁊ isti ⁊ illi in termino.

Tertio modo ponēdo tres moras. ita
ꝙ omnes in p̄ma mora fuerūt creati in
gratia ⁊ meruerunt. in secūda mora bo
ni steterūt in merito ⁊ mali ceciderunt.
in tertia fuerunt isti ⁊ illi in termino.

Alio modo possunt poni q̄tuor mo
re ⁊ hoc dupliciter. Uno modo ꝙ oēs

in prima mora fuerunt in naturalibus
in secūda mali peccauerūt ⁊ boni ꝓsti-
terūt. in tertia ꝙ bonis apposita sit gra
tia ⁊ meruerunt. in quarta boni p̄mia
ti sunt ⁊ mali similiter condemnati.

Alio modo ꝙ in prima mora omnes
fuerunt in naturalibus. in secūda om
nes in gratia. in tertia boni steterunt ⁊
meruerūt in gratia ⁊ mali deliquerūt.
in quarta ⁊ hi ⁊ illi in termino.

Ad inquirendum

de istis vijs supponēde sunt. 6. ꝓpōnes
ꝓbabiles. Quarū prima est hec. Me
rentes vsq₃ ad nunc p̄miationis in illo
nunc p̄miati sunt. hoc ꝓbatur. quia in
isto nunc nō sunt in via. quia illud nūc
est nunc premij. ergo in isto nūc nullus po
test demereri. quia illud nō potest im
pediri quin reddatur sibi premiū debi
tum pro merito ꝓ tota duratione me
riti contracta vsq₃ illud nunc. Con-
firmatur. homo eniz tota vita sua exi
stens in merito in instanti mortis non
potest demereri nec ponere obicē quin
premietur. meruit. n. vt tunc daret sibi
impeccabilitas ne tūc posset ponere obi
cem. ⁊ ideo demerētibus per totaz mo
ram vie nō potest dici ꝙ ille in instanti
remunerationis ponat obicez ⁊ ille nō
hoc enim videt ponere ꝙ instans pre-
mij non sit termin⁹ sed ꝙ tūc sit in via.
aut saltem ille qui potest ponere obicē
est in via. ⁊ irrationale videtur ponere
obicem. Et ex hoc improbat statiz pri
ma opinio. ꝙ non possunt tantū poni
due more sicut illa ponit. Secunda
ꝓpositio est illa ꝙ meritum p̄cessit du
ratione premium. que ꝓbatur ex ꝓba
tione precedentis questionis. Item ex
hoc improbat via ponēdi tres moras.

Tertia ꝓpositio est ista ꝙ tota mo-
ra vie prefixe quibuscūq₃ angelis erat
eis eq̄lis. hoc enim est verisimile. quia
sicut tota mora p̄fixa homini est vsq₃
ad instans mortis ita etiam istis ⁊ illis
prefixa est equalis mora eēndi in via.

Et ex istis sequit quarta. ꝙ quādo bo
ni vltimate meruerūt in eodem instan
ti tunc mali demeruerunt. nam si non
demeruerūt aut tunc meruerūt. ⁊ per
consequens cum bonis p̄miati fuissent
ex ꝓpositione prima. aut tunc fuissent
in termino. ⁊ hoc est contra secundā ꝓ
positionez. quia tunc boni erant in via
aut tunc fuissent in puris naturalibus
⁊ ita adhuc in mora sequente fuissent
in via in qua tamē boni erant in termi
no. ⁊ hoc est cōtra tertiam ꝓpositiōez.

Quinta ꝓpositio est ꝙ omnes crea
ti sunt vniformes. Et ex istis ꝓpositio
nibus sequit ꝙ necesse sit ponere ad mi
nus tres moras. vnaz. s. in qua omnes
in termino sunt. ⁊ vnaz in qua boni vl
timate merentur ⁊ mali demerent. ter
tiam in qua omnes creati sunt vnifor
mes ex quinta ꝓpositōne. ⁊ tunc si po
natur ꝙ omnes fuerunt in gratia tenet
vltimus modus ponendi tres moras.

Possunt etiam poni ꝓbabiliter qua
tuor more s̄m ponētes quatuor moras

Sed ad inquirendū vlterius de dispo
sitione eorum in moris istis videt ponē
da ꝓpositio sexta ꝓbabilis. ⁊ est ꝙ qui
libet angelus aliquādo fuerit in gratia
siue in instanti creatiōis siue postea. nā
⁊ si non sit necesse sicut al's forte dicet
ꝙ ad hoc ꝙ aliquis peccet p̄us habuit
gratiam. tamen cōgruum est ꝙ illi nō
solum nō fuerunt iniusti. quia accepe-
runt libertatem naturalē per quam po
tuerunt saluare iusticiā naturalem: sed
ꝙ acceperunt iustitiam gratuitam s̄m
Ansel'. de casu diaboli. 12. ⁊. 16. similiter
videt illa sexta ꝓpositio ꝓbari ex pro-
positione quadā septima ꝙ deus nō di
scernit inter istos ⁊ illos anteq̄ ipsi se ꝑ
act⁹ suos discernerint. quia s̄m Aug[m].
12 super gen̄. quere ibi. ⁊ ponitur di. 32
quare isti distinguebant ⁊ nō illi. quere
ibi. non enim deus est p̄us vltor q̄ ali
quis sit peccator. igit vsq₃ ad instās me

riti ⁊ demeriti erant omnes vniformes ⁊ si tunc pmo gratia apponebat bonis videtur etiam tunc q debuerit etiã apponi aliis. naz ante illud instans nõ demeruerunt. quare igit non debuit eis apponi gratia sicut aliis qui meruerũt si autẽ illaz fuissent demeriti igit prius eam habuerũt. q2 grã ⁊ culpa non sunt simul. igit si pcedat ista ppositio sexta: q quilibet peccãs aliqñ fuit in gratia. sequit necessario q ille tres more si ponant erunt iste. pª mora est omniuz in gratia. ⁊ 2ª istoz bonoruz in merito ⁊ istoz malorũ in demerito. in 3ª oẽs in termino. vel si dicat eos aliqñ fuisse in puris naturalibus: necẽ est tunc ponere quatuor moras. ita q oẽs in pª mora fuerũt in puris naturalibꝰ. in 2ª oẽs in grã ⁊ meruerunt boni ⁊ mali demeruerunt. ⁊ 3ª boni pseuerauerũt in bono ⁊ mali in malo. in 4ª ⁊ isti ⁊ illi in termino. Et ista via de q̃tuor moris saluat plures status in eis ⁊ plures affirmatiuas auctes que pluralitas si nõ placeat q2 nõ habet necessitatẽ euidentẽ saltem ad minus. 3. istas moras prius assignatas pbabile est ponere.

De secundo articulo .s. que fuerũt iste more q̃uis aliqui ponãt ea eẽ diuersa instantia tpis discreti. tñ ex di. 2ª pz q pter nihil in angelis oz ponere tempus discretũ. sed diuersa nunc eui. Sed quibus corrñdebant ista nũc eui in tpe nostro ptinuo. dico q vltima mora .s. exñdi in termino corrñdet toti pti post instans pmiũ beatitudinis bonoz ⁊ dãnationis maloz. mora tñ pma in qua erant vniformes põt poni coexistitisse cum instãti nostro vl pte tpis nñi. ⁊ fm hoc pñter oz ponere de 2ª mora. si. n. pma mora coexistit tpi ⁊ vltimo instãti eius. igit 2ª mora non habuit aliqd primum instãs in tpe nño corrñdens sibi. Et lz videat quibusdã q necẽ fuit angelum pmo peccasse in instanti vel cuz instanti tpis nostri. ⁊ aliis videbat q necessario oporteat ipsuz peccasse cũ tempore nostro. pmi habent p se. q2 inter puatiue opposita circa sbm aptũ natũ nõ est mediũ. ⁊ qñ est sbm indiuisibile nulla est cã successiõis a termino in terminuz neq ex parte terminoz neq ex parte mobilis. secundi aũt hñt p se q nulla vtus creata agit in instanti. quia tũc maior virtus agẽt in minori q̃ in instanti. neutre tñ rõnes pcludunt. de prima patebit. li. 3. di. 3. vbi rñdet ad istas rõnes sustinẽdo q aĩa beate vginis potuit pcise eẽ in peccato p instãs ⁊ postea fuisse mũda. nec etiã 2ª pcludit ⁊ rñsuz est ad eam pus. di. 2. hꝰ. 2. vtroq g mõ potuit eẽ. ⁊ q pma illa mora innocẽtie coexisteret tpi ⁊ nõ vltimo eiꝰ instanti. ⁊ tunc 2ª mora habuit pm instans tpis coexistens sibi. vel q pma mora coexisteret tpi ⁊ vltimo instanti eius aut soli instanti vni tpis. ⁊ tunc secũda mora ñ habuit aliqd premiũ instans sibi corrñdens. sicut nõ est dare pmã mutationẽ in motu ptinuo. ex. 6. phys. Sed qualis erat secunda mora in se nunqd instãtanea vel indiuisibilis videt q nõ ppt duo pmo q2 angeli mali peccauerũt pluribus peccatis diuerse speciei. ⁊ nõ habuerunt simul oẽs actus illos. igit habuerunt vnũ post aliũ. ⁊ in tota mora in q habuerunt actus istos fuerunt in via. alioquin actus eoz posteriores nõ fuissent eis demeritorij sed quasi pene existentium in termino. 2º quia angelis bonis p magno merito ascribit q vicerunt preliũ tentatiõis. apoc. 12. Factuz est preliũ magnũ i celo Michael ⁊ angeli eius pliabant cũ dracone ⁊c. si. n. pcise eẽt vnũ instans in q mali demeruerunt ⁊ boni meruerũt in illo nõ fuisset ista repugnantia nec victoria tentatõis ⁊ ita nõ ascriberetur ista victoria eis in laudem ⁊ excellens meritum eorum. Assumptuz pbatur. quia si tm fuisset vnuz instans sil peccassent mali ⁊ boni

meruiſſent. ſed in illo inſtante tēporis i quo mali peccauerunt peccatū eoꝝ nō tentauit bonos. nec enim tentauit eos niſi poſterius natura ꝙ fuit cōmiſſum a malis. poſterius igitur vicerunt boni tentationē quā mali peccauerūt. ex quo concludit ꝙ mora demeriti malorum nō erat indiuiſibilis. Ex hoc ſequit ꝙ nec mora meriti bonoꝝ q2 erant equales ex ꝓpoſitiōe quinta ⁊ ſecūda via h9 ſpecialiter cōcludit de mora meriti bonorum.

Ad argumenta

Ad ꝑmum dico ꝙ ꝯſequentia non valet. Ad ꝓbationem ꝯmen. dico ꝙ de9 potuiſſet eis dediſſe beatitudinē in inſtanti creationis ſi voluiſſet. ſed glorioſius eſt eaȝ habere ex merito. ⁊ ita diſpoſuit ſua ſapientia. meritum autē iſtud nō potuit eſſe ſuppoſita libertate diuina que creauit omnes equales niſi adminus duabus moris precedentibus ipſam beatitudinem. Ad aliud licet negeť ſimilitudo de gratia ⁊ gloria ad culpaȝ ⁊ penam tamē dico ꝙ nō ſimul erant mali demeritorie culpabiles ⁊ damnati. q2 ñ ſimul erant ipſi in via ⁊ in termino. ſic nec boni. ⁊ licȝ modo ſint in culpa non tamen demerenť vt viatores eliciendo actum quem elicere imputeť eis ad demeritum. Ad ꝓpoſitionēȝ que inuiť pro opiniōe que ponit duas moras tātum. ſ. quia intelligant ſine diſcurſu. ⁊ ita acquirunt perfectionē ſuam. Rñdeo ſi ex hoc fuiſſent ſtatim boni poſt vnum actum ſequereť ꝙ mali qui ſm eum demeruerunt in ꝑmo inſtanti fuiſſent beati ⁊ nunꝙ peccaſſent. ⁊ ideo illud aſſumptum eſt falſum de perfectione angelorum naturali. ſicut tactuȝ eſt di. 3. q. 3. huius libri. ⁊ multo falſius ō perfectōne ſupnaturali quā acquirunt meritorie. illa enim eſt ſm acceptionēȝ premiantis cuius lex ē ꝙ qui pſeuerauerit vſqȝ ad finē hic ſaluus erit. ⁊ qui ceciderit ꝯdemnabiť. ⁊ ideo ſi aliquando meruerūt ⁊ nō perſuerauerunt ꝓ tota mora deputata vie nō ſufficient ad beatitudinem eternā meruerūt.

Queritur hic

vtrum angeli boni fuerūt beati in primo inſtanti creationis ſue. ⁊ angeli mali miſeri. ꝙ ſic. videť naȝ in ꝑmo inſtanti fuerunt beati beatitudine naturali. ğ ⁊ beatitudine ſupnaturali. ꝓbatio ꝯñtie. Cauſa efficiens beatitudinis ſupernaturalis eſt efficatior cā efficiente beatitudinis naturalis. ğ eque cito vel citius pōt ꝓducere effectū ſuum. ꝓbatio añtis. quia angeli in ꝑmo inſtanti ſue creationis habuerunt vel habere potuerūt intellectū pfectū ⁊ voluntatē ⁊ obiectū vtriuſqȝ pſens. ergo fuerunt vel eſſe potuerūt beati beatitudine naturali in ꝑmo inſtanti. Item boni fuerunt in ꝑmo inſtanti in gratia. ğ in primo inſtanti fuerunt beati. ꝓbatio añtis per Aug. 12°. de ciui. c. 9°. dicentē ꝙ de9 fuerit ſimul condens naturā angeloruȝ ⁊ largiens grām. ꝓbatio ꝯñtie q2 angelus ſine diſcurſu ſtatim cōſequiť ſuam perfectionē naturalē habita diſpoſitione naturali requiſita. ğ ⁊ habita diſpoſitione ſupnaturali que eſt gratia ſtatiȝ ſine diſcurſu cōſequiť ſuam pfectionēȝ ſupnaturalē. quia diſpoſitio ſupnaturalis que eſt gratia nō magis repugnat vel nō minus ꝯuenit pfectioni ſupnaturali ad illaȝ inducendā ꝙ diſpoſitio naturalis pfectōni naturali ad quā diſponit. Item ꝙ mali ab initio fuerunt miſeri. ꝓbatio. Aug. ſup geñ. li. 3°. c. 8°. ⁊ habeť di. 3. c. i. putauerunt quidā ⁊c̃. ⁊ ꝓbatur ibi vt videť hoc per illā auctoritatem Jo. ille homicida erat ab initō ⁊ in veritate nō ſtetit. Item Aug. vbi ſupra. ⁊ poniť di. 3. c. c. quo ꝑus allegat auctoritatē Job. 4. vbi dr̄ de diabolo. Hic eſt inquit figmentum dei. ⁊ noſtra

translatio habet ipse est pncipiū viarū dei. Et ibidem allegat auctoritas psal. draco iste quē formasti ad illudendū ei. ergo in pncipio fuit malus. Oppositum de bonis Aug. li. i. c. 2. sup gen. τ ponit di. 3. c. 2. alijs autē videt τc. angelicam inquit naturā primo informationem creatā τ celum dictā postea formatā τ lucem appellatā quando. s. ad creatorem est cōuersa perfecta dilectione sibi inherens. Item de malis φ nō statim fuerunt mali. probat per auctoritatē Orige. in glo. super Ezech. τ ponitur di. 3. c. adhuc aūt videret τc. vbi dicitur. serpens hostis cōtrarius veritati. non tñ a principio super pectus suū τ ventrē ambulauit. sicut nec Eua nec Adam statim peccauerūt. τ loquit de diabolo sub nomine serpentis. Item Ezech. 18. dicit. Tu signaculū similitudinis plenus scientia τ pfectus decore i delitijs paradisi dei fuisti. ḡ non statim in miseria.

Respondeo primo dicendo φ boni potuerūt in primo instanti esse beati. cuius ratio ē ista. quia beatitudo nō potest inesse alicui creature capaci beatitudinis nisi a deo. ḡ pro quocūq3 instanti est beatitudo possibilis dari a deo τ inesse creature capaci illius p illo instanti est simpliciter possibilis sed p quocūq3 instanti deus potuit illā dare ita bene in pmo sicut in secūdo vel in tertio instanti. τ angelus bonus p quocunq3 instanti fuit capax. qr per naturā est imago dei qua est capax dei. τ illam plenā habuit naturā τ perfectam in naturalibus. quare τc. Utrū autē in primo instanti potuerūt eē miseri distinguit de miseria. est. n. duplex. scilz pene τ culpe. de miseria pene quātum ad illud quod est. s. quantū ad illud incōmodū quando nunc infligitur vel infliget p culpa potuerunt esse miseri in pmo instāti. quia nō videtur cōtradictio φ in pmo instanti insit vel in fuisset nature angeli. potuit etiam immediate dari a deo p illo primo instanti: sicut τ beatitudo. dicente Aug. 3°. de li. arbi. si deus ab initio fecisset hominē in pena nō esset ppter hoc vituperandus deus nec iniustus. sed si ab initio n̄ fuisset in pena τ postea fecisset eum in pena sine suo demerito vituperandus esset. De miseria culpe dicit φ non potuit in pmo instanti peccasse. Et ratio vnius doc. prima est hec. quia illud peccatū in primo illo instanti aut eis in esset a deo creante. quod nō est verum. quia deus nō est actor mali culpe. nec potest esse causa defectiua respectu culpe. aut inesset eis p propriū actum voluntatis sue. τ tunc hoc esset pati. pbatio quia omnis operatio que simul incipit cum esse rei est effectiue a causa pducente rem in esse. Exemplū. quia descensus grauis simul incipit cum esse eius. ideo descēsus ille causatur a generante graue. ponit etiam exemplū de tibia clauda. cum igit nec a deo effectiue quia deus nō potest esse causa vl actor mali. nec a proprio actu sue voluntatis. vel a propria uolūtate effectiue in pmo instanti potuerunt habere peccatū vel actum talē viciosum. sequit τc. Sed hec ratio nō valet. quia fm Aug^m. 2°. de ciui. dei. c. 13. vbi dicit qui dicunt angelos a principio fuisse malos sentiunt cum manicheis qui manichei ponebāt vnum deum malū imediate esse causā mali. τ alterū esse imediate causam boni. ḡ fm Aug^m non sequit ipsi fuerunt mali a pncipio. ḡ eorū malitia fuit causata a deo. Item defectus cause secunde in agēdo inquantū defectus ē nō est effectus cause pme. ḡ defectus procedēs a voluntate angeli in illo pmo instanti si fuisset nō fuisset a deo nec a causa prima nec nunc est. Item secūda causa. s. voluntas semp equaliter causat a deo. non solū quantū ad cōseruari. sed φtū

ad causari ꝫm Aug^m^. 8. sup gen̄. volen
tez ꝙ sol sicut causat lucē in aere ꝙ aer
semper sit lucidus a sole q̄diu lux est in
aere sic deus semꝑ causat. nam cōserua
ri continue ab ipso ē continue causari
sicut ergo defectus cause secūde infuisset a
deo in secūdo instanti cuz deus nō cau
set voluntatem: sic in pⁱmo instanti nec
causaret peccatū. sic in principio. Ar
guitur etiā ad eandē conclusionē 2° sic
Angelus non pōt habere primū velle a
se sed ab alio. sz tale velle nō faceret an
gelum peccare vel eē in culpa. quare ⁊c̄
ꝓbatio assumpte ꝑ Ansel. de casu dia
boli. c. iz. quia ꝫm eum si primū velle a
se habet aut hoc est nolens aut volens
si volens igit illud nō est primū velle. si
nolens idem sequit. qꝛ ante illud velle
voluit illud. igit uoluit illud esse. igitur
aliquid voluit. cum igit per oppositū
peccatū fuerit in primo instanti nō fuit
ab actu voluntatis ꝓprie nec a deo. igit
nullo modo. Dico ad istud argumen
tum supposito ꝙ voluntas possit esse
causa actiua sue volitōis obiecto sibi p̄
ostenso ⁊ presente. Dico tunc ꝙ pōt esse
causa pⁱme volitionis sicut ⁊ secūde cū
sint eiusdem rationis. imo ꝫm sic ponē
tes esset ꝓcessus in infinitū nisi haberet
primum velle a se pⁱmo. nam quero a q̊
primū habet velle. aut a se. ⁊ habet pro
positum. aut ab alio. ⁊ tunc hoc erit ꝑ
aliud velle. ⁊ de isto quero a quo habz
si a se habet ꝓpositū. si ab alio erit ꝓ
cessus in infinitum. Ad Ansel. dico:
ꝙ ipse finxit vnum angelū qui prius es
set vna essentia nuda nō habens forma
liter potentiā volitiuam quā ipse voca
uit instrumentū. iste angelus sic imagi
natus ꝫm Ansel. nō pōt habere primū
velle a se. quia oportet ipsuz reduci ad
actum pⁱmū. s. ꝙ habeat voluntatē an
teq̄ eliciat volitionē. ⁊ hoc nō pōt a se
esse. Et tunc cum dicit si habet a se aut
volens aut nolēs. dicendū ꝙ nec volēs
nec nolens habet pⁱmū velle. vel si dica
mus illum angelū habere instrumentū
s. potentiā volitiuā. tamen fingimus ip
sum sine affectione cōmodi vel incōmo
di vel iusti vel iniusti. tunc non potest
habere velle a se sed a deo ꝫm primam
affectionem cōmodi vel incōmodi que
superaddit nature sue. sed habita affe
ctione cōmodi prima volitio elicita est
a se. ⁊ isto modo intelligit Anselmus.

Arguit 3°. ad istā questionē sic. si vo
luntas angeli peccat in pⁱmo instanti. ergo
non peccat. ꝓbatio ꝯñtie. quia si in pri
mo instanti peccauit nō potuit nō pec
care. ergo necessario peccauit. ꝓbatio isti
ꝯñtie. qꝛ si potuit nō peccare aut poten
tia ante actū. quod falsum ē. nam ante
primū instans non fuit potētia in ipso.
nec potētia cum actu. quia in isto instā
ti in quo peccauit nō potuit non pecca
re. ⁊ ideo per illaz potentiā non potuit
non peccare. Sed hoc argumentū nō
valet. solutum enim ē di. i. huius. 2. in
questione de eternitate mūdi. ⁊ in pⁱmo
libro de p̄destinatione. quia vt dictū ē
ibi causa non causat effectū nisi vt pⁱor
natura non prior duratione. nam ⁊ si
non sit duratiōe prius causa q̄ causans
tamen prior fuit natura. ergo si omnis cau
sa dum causat necessario causat omnis
causa necessario causat. ⁊ tūc nihil con
tingenter eueniet. quia causa non ē con
tingenter causans anteq̄ causet. Item
omnis libertas arbitrij tollet. nam vo
luntas in isto instanti nō elicit actum li
bere. ⁊ non elicit illum libere anteq̄ eli
ciat. si ergo nunc elicit de necessitate per te.
quia ꝓnunc potest nō elicere. ergo nunq̄ li
bere eliciet. Hoc etiam esset cōtra eos
qui dicunt ꝙ voluntas necessario vult
finem nō autez ea que sunt ad finem. si
ergo necessario vult quando vult. tunc ita
necessario vult ea que sunt ad finē sicut
finem. quia neutrum vult anteq̄ velit
⁊ ideo vtrūqz volet vel vult necessario
vt dictum est. Ideo dico ꝙ potētia cō
tradictionis nō necessario est potentia

ante actū. nam cuilibet cōtingenti ꝓpositioni ꝺ futuro correspondet sua de p̄senti contingens. similit̄ sic ista. tu sedes est vera contingens de presenti. sic̄ fuit illa sibi correspōdens cōtingēs de futuro. tu sedebis. sed ista est magis determinata. ista de futuro minus. vnde Arl. p̄mo phier. dicit in ꝓpositōibus de presenti esse veritatē determinatā ⁊ nō necessariaȝ. Cum ergo dicis aut potuit potentia ante actum. aut potētia cū actu. dico ꝙ potuit peccasse potētia ante actum anterioritate vl̄ ordine nature. nō prius duratōe necessario. ⁊ sic ista glo. non valet deus nullum ꝯtingenter sed necessario predestinauit. quia nō est dare instans vel tempus durationis ante predestinationē. Ideo ſm illud non potuit non p̄destinasse. quod falsum ē. sufficit enim ad hoc ꝙ causa contingenter producat ꝙ prius ordine nature sit q̄ꝫ effectus ꝓductus. nec requirit̄ necessario prius duratione ad hoc ꝙ cōtingenter deus aliquid ꝓducat extra se. Arguitur etiam 4° sic ad dictam cōclusioneȝ angelus nō potuit in primo instanti habere deliberatiōeȝ. ergo nec peccare. cōsequentia patet. ꝓbatio antecedētis. qꝛ in p̄mo instanti non potuit simul multa intelliger̄ distincte. quod tamē oportebat si deliberasset. Nec ista ratio valet. nam volitio quādo elicitur a volente nō requirit nisi vnam intellectioneȝ: si sit volitio vnica. intellectionem dico vnicam distinctā quia plures intellectiones distincte simul nō possunt esse in intellectu. ⁊ si possent eē tamē vna sufficeret ad vnam volitionē eliciendam. ita posset esse vna intellectio distincta: etiam si deliberatio nō precederet sicut si multe precessissent. g̊ deliberatō respiciens plures intellectiones nō requirit̄ ad vnam uolitionē. sed in vna sola volitione potest esse obliquitas ⁊ peccatū. quare ⁊c̄. Rationes etiam p̄tacte sunt cōtra ipsos quia ponūt ꝙ angelus in p̄mo instanti potuit mereri. maior enīȝ prime rationis eoꝝ ad illam opinionē fuit ista. p̄ma operatio rei simul existēs cum re est a ꝓducente rem. tūc subdat minorē sub ista sic. sed operatio angeli nō sua nō potest sibi eē meritoria. g̊ nō potuit mereri in p̄mo instāti. Item 2ª ratio ē contra eos. qꝛ in illo instanti nō potest mereri in quo non pōt peccare. quia in quocūqꝫ instāti potuit peccare in eodem potuit mereri. ⁊ ecōtra. sed ꝑ illam rationē si in primo instāti eliciat actum meritoriū vel bonū non pōt peccare. qꝛ nō potentia ante actū ⁊c̄. Iteȝ alia ratio videt̄ adduci ꝯtra eos. equaliter enim videtur requiri deliberatio vl̄ magis ad bene operandū sicut ad male bona enim operatio nō pōt esse nisi cōcurrentibus circūstantijs debitis omnibus. sed male quacunqꝫ deficiente. g̊ si sine deliberatione posset meritorie agē multo fortius male. Si instet̄ de xp̄o qui potuit mereri. ⁊ tn̄ non potuit peccare. patebit de h° li. 3°. di. 13. Videt̄ aūt ille doc. ꝯcedere ꝙ xp̄us potuit peccare denoīatiue. non aūt effectiue. Arguit̄ etiam 5° sic ad ꝯclusionē. Motus naturalis voluntatꝭ angeli in p̄mo instanti fuit rectissimus. g̊ in illo instāti non potuit esse malus actus vel motus malus liberi arbitrij. si. n. fuisset malus remissum. ⁊ ꝑ ꝯsequens minus rectū fecisset motū vel actum naturalem voluntatꝭ. ⁊ tunc nō fuisset volūtas rectissima vl̄ actus eius naturalis. Nec illa ratō valet. quia semꝑ duȝ manet integra natura voluntatis manet inclinatio vel motus nālis integer rectus ita bene in primo instanti sic̄ in 2°. Sed ſm Diony^{m} naturalia in damnatꝭ angelis manent splendidissima. g̊ ⁊ inclinatiōes rectissime. Nec illa ratō valet. quia sequit̄ ꝙ sicut nō posset peccare in primo instāti sic nec in 2° vel 3°. sicut enim peccatum nihil nature adimit. alioq̊n tota posset consumi per peccata. sic etiam nihil in

clinationis naturalis adimit. Aliter
arguitur ꝛ ꝓbatur sic. in habitu ꝯcrea
to ipsi angelo ṗmo relucēt quidditates
intelligibiles ab angelo. cum igiť intel-
lectus angelicus non intelligat alia nisi
vt p̄sentata in isto habitu intelligit pri
mo istas quidditates ꝛ deinde specialia
singularia. ideo in ṗmo instanti nō po
tuit habere cognitionē practicam. igiť
nec peccare. quia quidditates iste relu-
centes in tali habitu scientiali ad quas
primo habitus inclinat sola speculatia
cognitione intelligunť. Preterea ista-
rum cōsiderationē quidditatū cōsequi
tur primo quedā complacentia natura
lis sicut cum cōsidero lunam cōplacet
mihi. igiť ꝛ in primo instanti quando
ista cōplacentia naturalis fuit non po-
tuit demereri vel peccare. Hoc potest
solui. quia velle ꝯcupiscentie presuppo
nit velle amicitie. nullus enim cōcupi-
scit nisi magis amet illud cui cōcupiscit
bonum cōcupitum q̄ amet ipsum con
cupitum ꝛ prius aliquo modo. g̊ prius
amat quis se amoꝛ amicitie q̄ aliquod
bonū sibi. ꝛ in isto priori potest vel po
tuit eē inordinata volitō amicitie. plus
.s. amando se q̄ iuste debuisset amare
ſm rectaꝫ rationē. sed ista volitio inor-
dinata potuit esse in ṗmo instanti crea
tionis angeli. quia in ṗmo instanti po
tuit sibi ostendi bonum diligibile sibi.
ꝛ eque ṗmo vľ ṗus natura potuit ama
re se in se. g̊ potuit inordinate amare se
in primo instanti. prius etiā natura po
test obiectum bonum esse cognitū in se
ꝛ etiaꝫ amabile in se q̄ vt relucet in ha
bitu. quia nō quietat amantem nisi vt
in se. Istud confirmať per Augᵐ. qui
dicit. 14°. de ciui. c. vltimo. q̄ ciuitateꝫ
diaboli fecit inordinatus amor sui. ista
autē potuit esse in primo instanti vt di
ctum est. Septimo arguiť pro cōclu
sione sic. Nullus potest peccare nisi de-
bitor iusticie. sed in ṗmo instanti nō fu
it angelus debitor iustitie. g̊ ꝛc̄. maior
patet. quia iustitia ꝛ peccatū sunt sicut
habitus ꝛ ṗuatio. ꝓbatio minoris. qꝛ
sicut patet per Anseľ. in li. de casu dia-
boli. 12. ꝛ. 14. in ṗmo instanti non acci-
pit iustitiā. Nec istud valet. duplex enī
est iustitia. s. acquisita ꝛ infusa. ꝛ ȯ neu
tra cōcludit ratio. Iustitia enim infusa
statim amittitur vnico actu peccati. g̊
ista amissa nō posset iste amplius pec-
care. quia non est debitor iustitie cum
nō habeat iustitiā. similiter sarracenus
qui nunq̄ habuit institiaꝫ infusam nō
esset cultor iustitie. ꝛ per ꝯsequens nō
posset peccare. Item manifestū est q̄
si non fuit in illo primo instāti debitor
iustitie. quia nō accepit eaꝫ. sequeretur
q̄ semper existens in peccato mortali
nunq̄ esset debitor iustitie. quia nunq̄
accepit eam. nec ille qui nūq̄ fuit iustus
moraliter tenetur ad iuste operari si nō
esset debitor iustitie. quia nunq̄ istā ac
cepit. Dico igitur q̄ iustitia ista ratio
ne cuius debitor est homo vel angelus
iustitie nō est nisi potētia naturalis vo
luntatis moderandi inclinationē natu
ralem que est cōtra iustitiam infunden
dam. ꝛ illud ē libertas que nō est aliq̇d
superadditū voluntati. imo ȯ per se ra
tione eius. dico igitur q̄ illam iustitiaꝫ
naturalē. s. potentiam qua potuit con-
seruare iustitiā infusam sibi recepit an
gelus. ꝛ per consequens peccare in pri-
mo instanti. ꝛ ideo debitor iustitie fu-
it. Ad Anseľ. dico q̄ non accepit iusti
tiam. ꝛ hoc dicit Aug⁹ 2° sup geñ. ꝛ po
nitur auctoritas in ṗncipio 2ᵉ di. ꝛ est
notanda. Alia ratio est. due mutatio
nes nō sunt simul quaruꝫ terminus ad
quem vnius est terminus a quo alteri⁹
sed mala volitio vel peccare sequiť ter-
minum ad quem creatiōis. quia p̄sup-
ponit esse. g̊ non sunt simul. Istud nō
valet de passionibus ꝛ obiectis que cō
sequunť se solum ordine nature. quia
possunt esse simul duratione. naꝫ luna
in eodem instanti temporis in quo acci

pit lumen a sole diffundit ipsum in ali as partes medij. Si tamen fiat vis de vocabulo mutatiōis. dico φ peccatum in p̄mo instanti tēporis nō est mutatio sed est passio de genere passionis. quia mutatio est a p̄uatiōe in habitū vel ecō uerso. que nō se compatiunt in eodem instanti durationis. nec p̄us fuit dura tione iste habitus cuius p̄uatio est pec catum in voluntate angeli si peccauit i primo instanti. ideo nō est mutatio sed est passio de genere passionis. de hoc in 4° in materia de resurrectione. Alia ratio ponitur talis. actio creature non potest eē in instanti. igit in primo instā ti non potuit habere actum aliquē per quem peccaret. p̄batio antecedentis per rationē Aristo. 6. phys. vbi arguit sic. si aliqua virtus potest mouere in instā ti. ḡ maior virtus pōt in minori φ̄ in in stanti. hoc ē impossibile. sed omni vir tute creata potest eē maior ⁊ ē. ḡ nulla virtus creata potest mouere in instanti Dico φ ratio Aristo. p̄cedit in his in quibus potest esse excessus in mensura φ. s. si aliquā virtus mouet i aliquo tē pore dupla virtus mouebit in dimidia parte temporis. sed instās non pōt exce di ab aliqua mēsura in paruitate. ideo non valet. tamē ō motu tenet argumē tum Aristo. quia motus necessario ha bet mensurā diuisibilē cum ip̄e sit diui sibilis. ⁊ ideo si motus esset in instanti: necessario instans esset diuisibile. ḡ con tingeret dare mensurā minorē.

Teneo igitur φ potuit in primo instanti habere potentiā vltimā perfe ctam ⁊ nō limitabat ad rectā operatio nem. nō enim habuit in 2° instanti ma gis determinans φ̄ in p̄mo. ḡ ⁊c. ⁊ hoc potuit eē vt dictum ē. quia in illo instā ti potuit se amar̄ amore amicitie vltra rectam rationē.

De secūdo articu

lo. vtrum boni de facto beati in primo instanti fuerūt. ⁊ mali damnati vel mi seri. dico p̄mo de malis φ mali nō fue runt beati in p̄mo instanti. p̄batio. qꝛ tunc nō fuerunt certi ō beatitudine sua sic enim postea nō cecidissent. sed si nō fuerint certi de beatitudine nō fuerunt beati. Similiter sicut dicit Aug. 4°. su per geñ. nō prius discernebat deus bo nos a malis φ̄ essent discreti inter se. nō ergo qui mali modo sunt in p̄mo instā ti fuerunt beati. qꝛ nō fuerūt creati vni formes boni ⁊ mali. nec erant in p̄mo instanti miseri vel mali. vt patꝫ in litte ra p̄ᵃ di. c. sed hic magis. vt etiam dicit Aug° sup geñ. vbi dicitur φ deus non est p̄us vltor φ̄ aliquis peccator. Jtem Esai. 14. dicitur de malo angelo. Quō cecidisti lucifer qui mane oriebaris. ⁊ ponitur di. 6. c. i. ḡ p̄us oriebat̄ ⁊ luxit φ̄ caderet. Jtem Ezech. 28. ⁊ ponitur vbi supra. Jn delitijs paradisi fuisti. ḡ non statim cecidit. ideo cōcludit φ mo ra fuit inter principiū creationis ⁊ dam nationis. ⁊ eodē modo patet de bonis in littera di. ista. c. i. ⁊ simili di. 3. c. i. alijs aūt videt̄ ⁊c. vide ibi.

De tertio articu

lo quot fuerunt more ⁊ quāte. cōmuni ter dicitur duas fuisse moras. vna ē in via ⁊ alia in termino. nam ponit φ nō simul p̄miabatur. ⁊ meruerunt nec bo ni nec mali. Sed vtrum p̄ma mora i via fuisset vnica. dicit vnus doctor φ vnica. qꝛ omnes angeli in p̄mo instāti tēporis discreti habuerūt gratiā p quā in eodē instanti potuerūt elicere actum meritoriū. ⁊ p ꝯñs in 2° instanti t̄pis di screti potuerūt premiari ⁊ p̄miati sunt boni. sed mali in instanti t̄pis posuerūt obicē. ideo nō fuerunt p̄miati. Rō ad hoc est. qꝛ gr̄a non tollit naturā sed p̄fi cit eam. sed nā angeli acquirit suaꝫ p̄fe ctionē naturalē sine discursu. ḡ ⁊ p̄fecti onem quaꝫ pōt acquirere p gr̄am que

est beatitudo acq̄rit sine discursu. qua
re 7c. mali aūt non acquisierūt illā bea
titudinē in 2° instanti. qꝛ posuerūt obi
cem. Cōtra illud. quicūq꜄ ꝓ tota mo
ra vie manet in merito necīo i termino
erit beatus. 7 h° pꝫ ex euāgelio Math.
24°. vbi dicit qui pseuerauerit vsq꜄ ad
finem hic saluus erit. in vltimo. n. instā
ti vie in quo debuit recipe beatitudinē
nō potuit ponere obicē. alit illud instās
non fuisset termin°. sed ꝓ mora vie p te
boni 7 mali fuerūt eq̄les in p̄mio. Di
co g̊ q boni 7 mali fuerūt ad inuicē di
screti in via. alr nō fuissent discreti fina
li discretione in termino. In via g̊ fuerāt
necīo more due. p̊ᵃ in qua fuert vnifor
mes in grā si volum⁹ dicere q mali ha
buerunt grām. vel vniformes saltez in
natura. 2ᵃ mora in q̄ adhuc in via exi
stentes fuerūt difformes ita. s. q isti vl
timate meruerūt. 7 isti vltimate deme
ruerunt. 3ᵃ mora fuit distinctio finalis
vnius ab alio necīo. ꝓbabile ē etiam q
in 2ᵃ mora in qua fuerūt difformes in
via fuerunt multe morule. qꝛ mali pec
cauerunt multis spēbus peccati. s. sup
bia. odio. 7 inuidia. 7 isti actus ordina
te secūdi nō in eodē instanti fuerūt elici
ti. vt pꝫ di. 2. in p̊n°. 7 ē ibi auctas Aug.
hoc iterū pꝫ p illud apoc. Fiebat preliū
magnū in celo. 7 dr ibi q Michael fe
cit victoriā: que victoria cedebat in lau
dem bonoꝝ. hoc n̄ fuit nisi qꝛ peccatū
maloꝝ angeloꝝ fuit incentiuū tentatō
nis in bonis qui tentationē istā vicerūt
cum igit angelus bonus nō fuit p̄scius
futuroꝝ p̊us fuit elicitū peccatū a ma
lo angelo anteq̄ ipsum eēt tentatio bo
ni. 7 ideo in 2ᵃ mora fuerūt multe mo
rule elicite a malis. Sed de p̊ᵃ mora in
qua fuerūt vniformes pōt ꝓbabilit su
stineri q in p̊° instāti fuerūt vniformes
in statu nature creati sine grā. postea in
2° instāti erāt i grā vniformes. 7 postea
in 3° instanti vie mali multiplicit deme
ruerunt. 7 boni multiplicit meruerūt.
7 in 4° fuerūt in termino. 7 hoc vr rō
nale. qꝛ sic experti erāt de oi statu 7 ma
iorem occasionē habebāt intēsius elici
endi actū meritoriū postea cum sil ha
bebant grāz ex hoc q expti erant q ex
naturalibus in p̊° instanti hoc nō pote
rant. Uel pōt dici q p̊° erāt vniformes
creati in grā. 7 in 2° instāti boni merue
runt. 7 mali demeruerūt ante terminū
qꝛ deus nō discernit eos anteq̄ fuissent
inter se discreti. Nec valet qd̊ dicebat
superius q si stetissent in p̊° instanti de
bebant recepisse beatitudinē. 7 iō boni
tunc fuert in t̄mino. longior. n. fuit via
illoꝝ q̄ mora vnius instantis. 7 forte p
duo vel tria sequētia non debebāt hic
beatitudinē. Si dicamus q tm̄ in p̊° in
stanti erāt vniformes in nālibus ita q
nunq̄ fuerūt vniformes in grā. tunc oꝫ
dici q in 2° instanti dabat grā nō ponē
tibus obicem. 7 tunc fuisset data malis
si nō apposuissent obicē. Et bene potu
erunt ponere obicē respectu grē recipi
ende lꝫ nō respectu p̄mij recipiēdi in in
stanti in quo debuit recipi. qꝛ tunc nō
est recipiēs in via. sed in termino. 7 tūc
ipsi demeruerūt 7 boni meruerunt oēs
adhuc in statu vie exntes. 7 in termino
isti erāt beati. mali v̊o obstinati. ita q
nō credo q oio pares in via fuissent di
spares in t̄io. Sed q̄te sunt iste more
dicit vnus doc. q dicūt eē discreti tpis.
dictū est aūt q nulla ē necītas ponēdi
tps discretū 2ᵃ di. hui⁹. q. p̊ᵃ. 7 q̄re ibi.

Ad primuz princi
pale dico q cā efficatior nō necīo ꝓdu
cit effectū eque cito sicut cā minus effi
cax si illa efficatior sit agēs voluntariū
quale ē deus respc̄u beatitudinis. Ad
2ᵐ dico q dubiū ē vtꝝ boni fuert in p̊°
instanti in grā. Et ad auctē Aug. pōt
dici q intelligit de grā gratis data que
non facit ad ꝓpositū. vel esto q fuerūt
in grā gratū faciēte in p̊° instāti adhuc
nō valet ꝯn̄ia. qꝛ lꝫ sine discursu statim

angeli habeant beatitudinē naturalem tamē non oportet ꝙ statim habeāt habita ista gratia supernaturalē. quia diceretur ꝙ ē quedā dispositio in fieri tm̄ non in facto esse remanēs requisita ad beatitudinē supnaturalem. ⁊ huiusmodi dispositio ē actus meritorius respectu beatitudinis simplicit̄. ideo non simul insunt angelo. In naturali autez beatitudine nō ē huiusmodi dispositio requisita. Ad aliud ō auctoritate Jo. 8°. rn̄dit Aug. 2° super geñ. c. zi. ⁊ ponitur di. 3. c. i. deinde qualit̄ verba dominica. vbi dicit sic ꝙ ab initio homicida fuit ⁊ in veritate nō stetit. qꝛ exquo homo conditus fuit ipsum p inuidiam in mortē precipitauit. vnde post initiū tēporis cecidit. vt ⁊ ibi dicit. patz ꝙ homicida nō fuit in primo instāti sue creatōnis respectu hominis quem tētauit. ⁊ quāuis etiam in pmo instanti sue creationis malus nō fuit sed satis cito post tamē bene nunc dicit ꝙ in veritate non stetit simplicit̄ loquēdo. Ad rationez factaz in 3° articulo posset negari ꝙ angelus sequat̄ omnē suam perfectionem naturalē sine discursu. nō est eniz necesse ꝙ simul cognoscat pncipiū ⁊ oēs conclusiones virtualit̄ cōtentas in pncipio licz non ponat annū vel diem. vel non tm̄ sicut intellectus noster ꝓ statu isto. vel esto ꝙ nō discurrat si vnus act° meritorius sufficit in vno instāti tm̄ ad h° ꝙ angelus sequat̄ suam beatitudinē supernaturalem. quare ḡ angeli mali nō habuerūt beatitudinē exquo oēs in illo primo instāti eliciebant vnū actum meritoriū sm illum doc. non. n. videt̄ congruum sm iusticiā cōmutatiuā ꝙ viatores eliciāt actus equales ꝓ toto statu vie. ⁊ ꝙ vnus puniet i termino ⁊ alius non. Ideo dico ꝙ vnū opus supnaturale ⁊ vnus act° meritorius nō ē sufficienter inductiuus ex cōgruo beatitudinis supnaturalis. si. n. dispositō nālis est ꝙ operando hoc post hoc acquirat̄ beatitudo naturalis. multo mag̃ requirit̄ in gratia que ē dispositio respectu beatitudinis supnālis opatio huius post hoc ī acquirendo beatitudinē supnālem.

Irca distinctionem sextā. quero vtꝝ angelus malus potuerit appeter̄ equalitatē dei. ꝙ non. intellectus intelligendo summū verū nō errat. ḡ nec voluntas aman do summū bonū nonpeccat. ḡ appetens equalitatē dei nō peccaret. ḡ angelus in primo actu peccādi nō potuit appetere summuz bonū. Contra magister in littera.

Dicitur ꝙ non potuit equalitatē istam appetere. ad quod vident̄ esse ꝗtuor rōnes. Prima qꝛ nō peccauit ex passione patz. nec ex ignorātia. quia pena nō precessit culpam. igitur ex electione. sed electō non est impossibiliū. ex 3° ethi. angelū autē esse equalem deo est impossibile. ḡ ⁊c.

Preterea angelū esse equalem deo includit contradictiōez. ḡ non includit aliquam rationē entis. ḡ non includit aliquo mō sub primo obiecto voluntatis vel intellectus. ḡ non est aliquo mō volibile. Preterea 3° nihil pōt voluntas velle nisi qō est pintellectū. ḡ angelum esse equalem deo oportuit esse preintellectum vel postensuz ab intellectu. aut igitur ab intellectu errāte. ⁊ tunc pena ante culpā. vel ab intellectu nō errante ⁊ hoc est impossibile. qꝛ intellectus nō errans nō pōt ostendere illud qō includit ꝯtradictionē. Preterea 4° ⁊ videt̄ esse ratio Ansel. de casu diaboli. c. 4°. angeluz esse equalē deo includit angelū non esse. quia angelus nō potest esse angeluz nisi sit inferior deo. sed nullus potest appetere se nō esse. ḡ nullus inferior potest appetere equalitatē dei.

Quia tamen iste rationes nō cogunt pōt aliter ad. q. respō

deri. s. q angelus potuit appetere eq̄litatem dei quod psuadetur pmo sic. quia voluntas habet duplicē actū amandi. s. amore amicitie. ⁊ actū concupiscendi aliquid amato. ⁊ sm vtrunq̨ actū habet totum ens p obiecto. ita q sic qdcunq̨ ens pōt ipse amare amore amicitie. ita quodcūq̨ ens pōt ɔcupiscere ipsi amato. igit cum angelus potuerit se amare amore amicitie potuit sibi ɔcupiscere omne bonū cōcupiscibile. ⁊ ita cum equalitas dei sit bonū quoddā cōcupiscibile sm se sibi potuit illud bom cōcupiscere. Preterea si eq̄litas dei esset possibilis angelo posset angelus istā ɔcupiscere sibi. planū est. sed impossibilitas huius nō phibet quin possz angelus hoc velle. q: voluntas pōt eē impossibiliū sm phm. 3° ethi. ⁊ Dam. Hoc etiā pbat. q: damnati odiunt deū ex illo psal. Qui te oderūt ⁊c. odiens autē vult oditū non eē sm phm 2° rhetori. g volunt deū nō esse. sed hoc est impossibile in se ⁊ incōpossibile. g impossibilitas istius appetibilis nō prohibet quin posset appeti a volūtate peccāte. Hoc etiā ɔfirmat. q: voluntas peccās potuit velle deū nō esse. ⁊ potuit etiā cuz ho velle illum gradū ⁊ illā eminentiā dei esse in aliq. g potuit velle eam eē in se sicut in alio. ⁊ ita potuit velle sibi eminētiaz dei. Preterea sm Augm. 83. q. q. 30. voluntas pōt vti fruēdis ⁊ frui vtendis. g pōt frui se. cum g nō debeat frui nisi summo bono. ⁊ pōt frui se pōt sibi cōcupiscere tantū bonū quantū bonuz potest cōcupiscere summo bono. ⁊ hoc est equalitas diuina.

Respōdeo ad questionē ⁊ dico q actus volendi duplex ē simplex sub ɔditione. vel sub aliis vbis q est volitio efficax ⁊ volitio cōplacentie. Exemplum. Alio mō infirmus sperans sanitatē vult sanitatez. ⁊ alio mō infirmus desperās de sanitate. vult. n. sanitatē primus. q: sperat sanitatē sibi possibilē. ⁊ habet respectu eius volitionem efficacē ⁊ impatiuā mediis inducentibus sanitatē. Sed desperans vult volitione ɔplacentie sed nō volitiōe efficaci. q: nō querit media inducētia sanitatem p eo q nō existimat illā posse sibi acquiri. ⁊ ista volitio secūda que ē solū ɔplacētie pōt eē impossibilis. ⁊ ho sufficit ad meritū ⁊ demeritū. q: ⁊ si sit impossibile. tn̄ pōt consentir illi pleno consensu. ⁊ ista volitione potuit angelus appetē equalitatē diuinaz. Sed de prima volitione que efficax est dico q angelus nō potuit appetere. simplici tn̄ volitione potuit sibi ɔcupiscere tantū bonū ⁊ tanto desiderio quāto cōcupisceret si esset sibi possibile.

Ad argumenta p opinione

Ad primū dici pōt q electio equiuoce accipit. Uno mō pro actu volūtatis cōsequente plenam apprehensionē intellectus. quō dicit quis peccare ex electione qn̄ non est passio pturbans intellectuz nec ignorantia. Alio mō p actu voluntatis ɔnte ɔclusionē syllogismi practici que electio nō est nisi volitio efficax obiecti que est ad inquirēduz mediū p qd possit obiectū attingi. primo modo electio est impossibiliū. sicut dicit phs. 3°. ethi. q volūtas est impossibiliū nō tm̄ voluntas errās sed voluntas psupposita plena apprehēsione intellect9. 2° mō intellectio nō est impossibiliū. q: null9 de impossibilibus syllogizat practice. Syllogismus. n. practicus ex fine ɔcludit illud qd est ad finē. vt p illud qd est ad finē deueniat ad finē. ⁊ talis discursus nunq̄ habet ō impossibili. Quod planius dici potest. q electō vno modo precise dicit plenā acceptationē vel volitionem. Alio mō volitionē efficacem sequentem syllogismū practicū. primo modo potest eē cuiuscūq̨ cui presupponitur notitia pfecta obiecti. 2° mō non

potest esse alicuius nisi ad cuius eẽ operatur voluntas quantũ pōt. quia nihil vult efficacit̃ nisi ad quod disponit media per que potest deduci. ⁊ talis volitio efficax nunꝙ est alicuius impossibilis. nullus enim cõsiliat̃ de impossibilibus nec ꝑcipit intellectui practico ad inquirendũ media ad illud. ⁊ hoc mõ habet intelligi verbũ phi. Electio non est impossibiliũ. hoc etiã modo angeli nõ peccauerunt ex electione. hoc est ex volitione efficaci per quaz vellent niti ad consequendũ ꝓpositum in pugnãdo ⁊ surripiẽdo sibi eminentiã dei. potuerũt tamẽ peccare ex electione hoc est ex nõ surreptione. sed ex ꝑfecta volitione illius equalitatis. Ad secundũ dico ꝙ sicut est duplex intellectio. s. absoluta ⁊ ɔparatiua. ⁊ absoluta quidẽ nõ est nisi alicuius obiecti simplicis contenti sub obiecto intellectꝰ. ⁊ cõparatiua siue collatiua potest esse ad quodcũqȝ. ⁊ hoc siue ista cõparatio sit possibilis siue impossibilis. nõ enim intellectus tantũ cõponit ꝓpositõnes possibiles sed impossibiles. ita etiaȝ aliqua volitio est absoluta. ⁊ illa nõ est nisi alicuꝰ obiecti simplicis cõtenti sub ꝑmo obiecto volibili Aliqua est ɔparatiua. ⁊ ista potest cõparare quodcunqȝ volibile simplex ad quodcunqȝ. licet in illa cõparatione includat̃ cõtradictio. De ꝑma volitione loquendo hoc cõplexũ nõ est volibile. quia nõ est aliquid simplex includẽs in se rationẽ ꝑmi obiecti. sed tm̃ est quedã habitudo obiecti simplicis ad aliud obiectum quorũ vtrũqȝ obiectũ simplex est per se volibile. nam ⁊ illud qᵒ vult ⁊ illud cui vult est ꝑ se volibile. quãdo ergo dicis ꝙ hoc totũ nõ includit in se rationẽ primi obiecti sui. falsum est loquendo de partibus totius. vtraqȝ enĩ pars. s. qᵒ ⁊ cui ꝑ se ĩcludit ĩ se obiectũ voluntatis. ⁊ hoc sufficit ad hoc ꝙ voluntas velit illam partẽ in ordine ad illam. sicut ad hoc ꝙ intellectus ɔponat quodcũqȝ simplex cuicũqȝ simplici sufficit ꝙ vtrũqȝ simplex possit per se apprehendi ad intellectũ. Ad 3^m dico ꝙ intellectus simplex potest appꝛhendere equalitatem dei sine errore. ⁊ sufficit sola simplex appꝛhensio ad hoc ꝙ appetitus appetat illud apprehẽsum alteri. sicut intellectus apprehendẽs albedinẽ ⁊ appꝛhendens coruũ potest velle albedinem coruo. equalitas autẽ dei potest apprehẽdi sine errore. quia in aliquo ẽ sine errore. naȝ filius dei est equalis patri ⁊ ille potest apprehendi. vel si nihil esset equale adhuc equalitas posset apprehendi absolute. nec in apprehensiõe illa simplici est error nec aliqua falsitas ⁊ tamẽ illa apprehẽsio simplex sufficit ad volitionẽ illius simplicis cuicũqȝ intellecto ⁊ amato. Si igit̃ arguas a q̊ intellectu hoc ostendit̃ errãte vel nõ errante. dico ꝙ a nõ errante sed simplici cuius nõ est errare nec verũ dicere. iste enim sunt ɔditiones intellectus ɔponẽtis ⁊ diuidentis. ⁊ nõ oportet intellectuȝ ante appetere hoc. cõponere cum hoc vel diuidere hoc ab illo. sed sufficit voluntatẽ cõparare hoc ad illud. qꝛ volũtas est eius collatiua sicut intellectus. ⁊ per consequens potens conferre quecunqȝ simplicia sibi ostensa sicut intellectus potest. Ad 4^m pōt dici ꝙ voluntas posset velle cõsequenter se nõ eẽ quia quilibet peccans mortalit̃ vult aliquid ĩ quo nõ vult subesse deo. ⁊ in hᵒ ex ɔsequenti vult se nõ esse. quia nõ potest esse nisi subsit deo. Tamen ad formam argumẽti potest dici ꝙ non oportet ꝙ velit ɔsequens. ⁊ si vult antecedẽs quando ɔsequens nõ est de se de intellectu antecedẽtis. sicut ponit̃ exemplũ ꝙ aliquis pōt appetere episcopatũ nõ volendo sacerdotiũ. cuius ratio est ista. qꝛ sicut ad scire antecedẽs non sequit̃ scire consequẽs nisi sciat̃ cõsequentia huius ex illo. ita ex velle antecedentis nõ sequitur velle ɔsequentis: nisi sit velle huius

ꝯñsequentie. ſi. n. vel neſciat ꝯſequen-
tia vel nõ ſit velle ꝯſequentie nõ opor
tet ꝓpter velle antecedẽs velle ꝯſequẽſ
nunc autẽ in ꝓpoſito cõſequens nõ eſt
de intellectu antecedẽtis. nec ſi eſſꝫ eſſet
per ſe iſta habitudo cognita vel volita
⁊ ita poteſt nõ velle cõſequens. Ad
illud Anſel. de ſimilitudinibuſ dicitur
ꝙ non põt quis ordinate velle peius eẽ
quia ordinata voluntas nõ eſt volẽdo
aliquid ⁊ nõ volendo illud quod neceſ
ſario ſequit ad ipſuꝫ. ſiue vt ſibi intrin-
ſecum ſiue non. ſed de voluntate nõ or
dinata nõ oportet.

Ad primum prin

cipale dico ꝙ intellectus intelligẽs ſum
mum verũ de aliquo nõ ſummo vero
errat. ſicut intelligẽdo lapidem eẽ ſum
mum verũ. nõ tamẽ errat intelligendo
lapidẽ in ſe intellectione ſimplici vel in
tellectione collatiua intelligendo illud
cui ipſum cõuenit. ita voluntas volen
do primũ bonum volũtate ſimplici cõ
placendo nõ errat nec volẽdo illud ali
cui cui illud bonũ conuenit. non auteꝫ
congruit niſi ipſi ſoli ⁊ ideo volendo il
lud cuicunqꝫ aliȷ̃ a ſe quaſi volitõe col
latiua errat.

Ecundo quẽ

ro vtrum primũ peccatuꝫ
angeli formalit fuit ſuper
bia. ꝙ ſic. Aug. 9°. de trini. c. 15. Male
voluntatis initiũ quid potuit eſſe niſi
ſupbia. ⁊ ꝓbat per illud ſcripture. Ini
tium omnis peccati ſupbia ⁊c̃. Pre
terea in can. Jo. omne quod eſt i mun
do aut eſt ꝯcupiſcẽtia carnis. aut cõcu
piſcẽtia oculoꝝ. aut ſupbia vite. nõ pec
cauerunt ꝯcupiſcẽtia oculoꝝ. nec cõcu
piſcẽtia carniſ. g̊ ⁊c̃. Preterea. per viã
diuiſiuã. quia non potuit peccare p ali
quod nolle. ⁊ p ꝯñs nõ primo p iram
nec p auaritiã. ⁊ ꝓbatur añs. qꝛ omne
nolle p̃ſupponit aliqͦd velle. nec pecca
uerunt aliq̃ velle inordinato circa tem
poralia. nec peccato carnis. qꝛ talia nõ
ſunt eis appetibilia. g̊ p diuiſionẽ exclu
ſis aliȷ̃s ſequit ꝙ peccauerũt p ſupbiaꝫ
Preterea pſal. ſupbia eoꝝ qui te ode
runt ⁊c̃. ſed nõ peccauert niſi vnico pec
cato. qꝛ alias peccatũ eoꝝ fuiſſet reme
diabile. nec peccauerũt ſimul pluribus
peccatis. qꝛ voluntas nõ põt habere ſi
mul duos actus pfectos ſicut nec intel
lectus. igit ſi peccauert pluribus pecca
tis peccauerũt vno poſt alterũ. ⁊ ita in
illo inſtanti 2° potuerũt penitere. ⁊ ita
peccauerũt poſt p̃mũ inſtans qͦd tenet
coiter ꝓ incõuenienti. qꝛ tenet cõmuni
ter ꝙ peccatũ eoꝝ fuerit irremediabile
Oppoſitũ. peccatũ eoꝝ fuit maxi-
mum qꝛ irremediabile. ſupbia non eſt
maximũ peccatũ qͦd pꝫ p eiuſ oppoſitũ
qͦd nõ eſt maximũ bonũ. tum qꝛ humi
litas põt eẽ informis. charitas aũt nõ.
g̊ eſt humilitas minus bona. tum quia
loquẽdo de v̓tutibus moralibuſ humi
litas eſt quedã tẽperantia. ois aũt tem-
perantia eſt minus pfecta v̓tuſ q̃ amici
tia que ẽ perfectiſſima virtus ſub iuſti-
tia. 8 ethi. Preterea ſupbia cõſiſtit in
iraſcibili. null9 ãt act9 iraſcibilis põt eẽ
primus ſimplicit. quia iraſcibilis eſt ꝓ
pugnatrix cõcupiſcibilis. ideo paſſiões
iraſcibilis oriunt ex paſſionib9 cõcupi-
ſcibilis. Preterea ſupbia videt eſſe ap
petitus excellentie. ⁊ per ꝯñs excellẽtia
reſpcũ al quo ꝯꝝuibuſ excellat. ſed non
primo appetebat aliq̃d i ordine ad ali-
los. ſed p̃mo appetebat aliq̃d in ſe q̃ in
comparatione appeteret ad alteros. ſi-
cut nihil eſt ad alterũ niſi qͦd prius ẽ ad
ſe. ita nullus appeteret aliquid in ordi-
ne ad aliud niſi qꝛ primo appetit ſibi. ⁊
per cõſequenſ p̃mo appetebat ſibi illã.
Preterea inferiores demones non vi
dentur appetiuiſſe dominiũ diſcõueni
ens. nec etiã ꝯſenſiſſe dominio Luciferi
qꝛ magis videt ꝓbabile ꝙ magis appe
tierũt ſubeſſe deo q̃ Lucifero. igit p̃mũ

peccatū eoꝝ non fuit supbia.

In ista questione tenet pars coiter affirmatiua ꝑpter argumentū diuisiuū ad pmā partē. Sed ad videndū veritatē qōis pmo ē oñdendum que fuit malitia in pº angelo peccante. ⁊ 2º ad qō genus peccati ptinebat ista malitia. Circa pmū videndū ē de ordine actuū voluntatis. Et circa hoc dico ꝙ cuȝ sit in cōmuni duplex actus voluntatis. s. velle ⁊ nolle. nolle enī est actus positiuus volūtatis quo fugit discōueniens seu resilit ab obiecto discōueniente. velle ē actus quo acceptat obiectum aliqd ꝯueniēs. ⁊ cū sit vlteriꝰ duplex velle qd pōt noiari amicitie ⁊ ꝯcupiscentie. ⁊ dicat velle amicitie eē istius obiecti cui volo bonū. ⁊ velle ꝯcupiscētie est istius obiecti qd volo alicui alȳ amato. Istoꝝ aūt actuuȝ pȝ ordo. qꝛ omē nolle ꝑsupponit aliqd velle. a nullo enim refugio nisi qꝛ nō pōt stare cuȝ aliquo qd accepto tanꝙ ꝯueniente. Et hoc dicit Ansel. de casu diaboli. c. 3. ponens exemplū ꝺ auaro in uino ⁊ pane.

Et istoꝝ duoꝝ velle patȝ ordo. qꝛ cōcupiscentia ꝑsupponit illud velle amicitie. cum. n. amatū sit respectu cōcupiti q. finis cui volo bonū. nam ꝑpter amatum ꝯcupisco sibi bonū qd sibi volo ⁊ cum finis voluntatis habeat pmā rōnē obiecti voliti pȝ ꝙ velle amicitie precedit velle ꝯcupiscētie. Ex isto ꝓbato sequit vlterius ꝙ similis ē ꝓcessus in velle de ordinatis. nullū. eniȝ nolle est pmus actus deordinatꝰ voluntatis. qꝛ nō posset hīe nolle nisi respectu vł in ṽtute alicuius velle. ⁊ si velle eēt ordinatū acceptando obiectū cū circūstantȳs debitis nolle qd habet ꝯñtis esse sibi ordinatū nam si ordinate amo ordinate odio nociuo amati. eodē modo si velle amicitie esset ordinatū velle ꝯcupiscētie ꝯsequēs ei esset ordinatū. nam si ordinate amo illud cui volo bonū ordinate ꝯcupisco sibi bonū. Sequit igit ꝙ simplicit actꝰ primꝰ inordinatus voluntatis fuit primum velle amicitie respectu eiꝰ cui voluit bonū. hoc aūt obiectū nō fuit deꝰ quia nō potuit deum inordinate ex intensione amare amore amicitie. naȝ deus est tale amabile quod ex sola ratiōe sui vt obiectū est dat completā rationē bonitatis actui ꝑfecte intenso: Nec est verisimile ꝙ aliquid aliud a se minꝰ intense dilexit actu amicitie. tum quia inclinatio naturalis magis inclinauit ad se ꝙ̄ ad aliquid aliud creatū sic amandum. tum quia nō videtur ꝙ aliquid aliud creatū a se sic intellexerit sic se. ergo pmus actus inordinatus fuit actus amicitie respectu suiipsius. ⁊ hoc ē qd dicit Augꝰ. 14. de ciui. dei. hoc est ꝙ fecit duas ciuitates. ciuitatē dei amor dei vsqꝫ ad cōtemptum sui. ⁊ ciuitateȝ diaboli amor sui vsqꝫ ad cōtemptum dei. Prima igit radix ciuitatis diaboli fuit inordinatus amor amicitie sui que radix germinauit vsqꝫ ad cōtemptū dei: in quo est cōsummata ista malitia. sic patet ꝺ inordinatione simpliciter pma que fuit similiter in primo velle inordinato. Restat nunc videre de inordinatione ipsius velle ꝯcupiscentie. Et videtur ibi dicenduȝ ꝙ primo cōcupierunt sibi imoderate beatitudinē. quod probat primo sic. nam pmū cōcupiscere inordinatū non ꝓcessit ex affectione iusticie sicut nec aliqd peccatū ꝓcessit ex illa affectione. g̃ precessit ex affectiōe cōmodi. qꝛ omnis actꝰ voluntatis elicitus aut elicitur ꝺm affectiōeȝ iustitie aut cōmodi ꝺm Ansel. maximū igit cōmodū maxime appetitur a voluntate non sequente regulaȝ iustitie. ⁊ ita pmo quia nihil aliud regulat illam voluntatē nō rectaȝ nisi inordinatus appetitus ⁊ immoderatus illius maximi cōmodi. maximum aūt cōmodū est beatitudo ꝑfecta. Et hec rō habet ab Ansel. de casu diaboli. c. 10. quere in textu. 2º ꝓbat

hoc quia primū peccatū in ꝯcupiscēdo
fuit aliquod velle. nihil.n.refugit a se:
hoc ē ne aliquid sibi ꝯtingat nisi quia
cōcupiscit oppositū sibi. aut igit illud
cōcupiuit amore honesti vel vtilis aut
delectabilis. quia nō est nisi iste triplex
amor quo aliqͩ amat. nō amore hone
sti. qꝛ tūc nō peccasset, nec amore vtilis
quia ille nō est p̄mus amor. ex quo enī
vtile est ad aliqͩ utile nullus p̄us cōcu
piscit vtile ꝙ illud ad qͦ est vtile. ğ pri
mo peccauit amādo aliquid excessiue
tanꝙ delectabile summū. delectabile
aūt summū bonū est honestū inquātū
honestū ꝛ ipsa beatitudo. Ista rō pōt
accipi a pħo.8°.ethi. ꝛ ex illa di. boni
vtilis honesti delectabilis. 3° hoc per
suadet sic. qꝛ omnis potētia appetitiua
ꝯsequens in actu suo actū apprehēsiue
primo appetit delectabile ꝯuenientissi-
mum sue cognitiue. vel delectationē in
tali delectabili. qꝛ in tali appetibili ma
xime quietat. qͦ patet de appetitu con
sequente apphensionē gustus vel audi
tus vl' tactus. qꝛ quilibet talis maxime
appetit obiectū ꝯuenientissimū potētie
cognitiue cuius actū sequit in appeten-
do. igit voluntas sepata ab omni appe
titu sensitiuo. primo oīno appetit illud
quod est ꝯuenientissimū intellectui cu-
ius ꝯuenientiā sequit illud appetere. vl'
primo appetit delectationē in tali obie
cto. ꝛ ꝑ ꝯsequens beatitudinē includen
tem in beatitudine obiectū ꝛ actū ꝛ de
lectationē ꝯsequentē. 4° hoc ꝑsuadet
sic. illud.n.primo appetit a voluntate
nō regulata per insticiā quod si esset so
lum appeteret ꝛ nihil aliud sine eo. tale
est delectatio. nō.n. excellētia vel quod
cunqꝫ aliud si eēt triste appeteret. sed de
lectatio vel aliqͩ tale appeteret. Quā
tum igit ad istū 2^m gradū. s. quantū ad
peccatū angeli videt ꝙ primo ꝯcupiuit
beatitudinē. qꝛ sicut peccatū p̄mū appe
titus visiui eēt in appetendo pulcherri
mum visibile ꝯuenietissimū sue cogni-
tiue ꝛ sibi in quo ꝑfectissime delecta-
tur. ita voluntatis ꝯiuncte appetiui se-
sitiuo quādo ipsa nō sequit iusticiā n-
regulā rōnis videt primū appetibile
aliquid summe delectabile illi appe-
tui cui volūtas maxime ꝯformatur i-
agendo. ꝛ ideo in hoībus ꝫm diuersit-
tem ꝯplexionū ē dominiū appetitiu-
sensitiuoꝝ. ꝛ siquidē quelibet cogniti-
habet ꝓpriū appetitū tunc ꝫm diuer-
tatē cōplexionū est diuersitas domin-
in cognitiuis diuersis ꝛ in eoꝝ appet-
uis in quolibet i quā voluntas ꝫm p-
dominiū appetitus sensitiui maxime
clinat ad actū eius. ꝛ ideo quidā sequ-
tes inclinatiōez primā sine regula ius-
cie. primo inclinant ad luxuriā. quida-
primo ad superbiā. voluntas ğ separa-
ta ab omni appetitu sensitiuo ꝛ per cō-
sequens ad nihil inclinat ꝓpter inclin-
tionē appetit' sensitiui ip̄a deserta a i-
sticia sequeret absolutā inclinatiōez v-
luntatis vnde voluntas est. ꝛ ista vide-
ad maximū ꝯueniens volūtati siue po-
tentie cognitiue. nam in quo ꝑficit m-
xime cognitia in illo ꝑficit maxime a-
petitiua correspondēs illi cognitiue.

Et si arguas ꝯtra istud p̄mo quia ꝫm
Aug^m. 13°. tri. c. 5. beatitudo ab oību-
appetit. Qꝫ autē in omnibus est vnifo-
miter videt eē naturale. igit beatitud-
naturaliter appetit. appetitus aūt natu
ralis semp est rectus. qꝛ a deo. igit ꝛ vo
luntas sibi cōsona semper est est recta.
in appetēdo beatitudinē nullus pecca-

Preterea nullus intellectus errat cir-
ca p̄ncipia. 2. meth. ğ nec voluntas circa
vltimū finē. ꝯñtia ꝓbat circa illā simi-
litudinez phi. ex. 7°. ethi. ꝛ. 2°. phyſ. sic
p̄ncipiū in speculabilib'. ita finis in agi
bilibus vel opabilibus. Preterea bo
ni habuerūt affectionē cōmodi sic ma
li ꝫm Ansel. de cōcor. voluntas ꝯmodi
non esse nequit velle. igit ita volunt cō
moduꝫ boni sicut mali. igit oēs equalit
peccauerūt si ex affectione cōmodi pec-

tauerunt ḡ. Ad p^m. Ad videndū solu
tionem istarū rationū distinguo quid
possit intelligi p̱ istas affectiones iusti
tie ⁊ cōmodi. de quibus loquit̄ Ansel.
de casu diaboli. Justitia potest itelligi
vel infusa que dicit̄ gratuita. vel acqui
sita que dicit̄ moralis. vel innata que ē
ipsa libertas voluntatis. si.n.intellige
retur ſm illam fictionem Ansel. de ca
su diaboli. quere ibi. angelus enim ha
bens affectionē ꝯmodi ⁊ nō iustitie h°
est habens intellectū ⁊ appetitū intelle
ctus mere vt appetitū talē ⁊ nō vt libe
rum talis angelus nō posset nō velle cō
moda. nec etiā non summe velle talia.
nec imputaret̄ sibi in peccatū. quia iste
appetitus se haberet ad suā cognitiuaꝫ
sicut modo appetitus visiuus ad visuꝫ
necessario ꝯsequēdo ostēsionē istius co
gnitiue ⁊ inclinationē ad optimū ostē
sum a tali potētia. quia nō haberet vn
de se refrenaret. illa igit̄ affectio iusticie
que est ṗma moderatrix affectionis cō
modi ⁊ quantū ad hoc ꝙ non oportet
voluntatē actu appetere illud ad qͦ in
clinat affectio cōmodi nec etiā appeter̄
summe. illa inquā affectio iustitie est li
bertas innata voluntati. qꝛ ipsa est pri
ma moderatrix affectiōis talis. Et licꝫ
Ansel. frequent̄ loquat̄ non tm̄ de actu
iustitie que ē infusa sed acquisita. tn̄ ibi
videt̄ loqui de infusa. qꝛ illā dicit amit
ti per peccatū mortale. qͦ non esset ve
rum nisi de iusticia infusa. tn̄ distinguē
do ex natura rei duas rōnes ṗmas ista
rum rationū inquantū altera inclinat
voluntatē naturaliter ⁊ summe ad cō
modū. altera aūt. q. moderat̄ eam ne i
eliciēdo actū oporteat eam sequi incli
nationē eius. nihil aliud sunt ista ꝙ̄ ea
dem voluntas inquantū est appetitus
intellectiuus nude ⁊ vltra hoc inquan
tum libera. qꝛ sicut dictū est inquantū
est mere appetitus intellectiuus sūme i
clinaret̄ actualit̄ ad optimū intelligibi
le sicut est de optimo visibili ⁊ visu. tn̄
inquātū libera ē pōt se refrenare in eli
ciendo actū ne sequat̄ istā inclinationē
nec quantū ad sb̄am actus nec quantū
ad intensionē ad quā potentia natura
liter inclinat̄. potētia aūt aliqua si fuis
set appetitiua p̄cise sequēs in actu suo i
clinationē eius sicut appetitus visiuus
sequit̄ visum ⁊ eius inclinationeꝫ. tunc
licꝫ illa nō posset appetere nisi intelligi
bile sicut appetitus visiuus non pōt ap
petere nisi visibile. tn̄ nō posset tūc pec
care qꝛ non esset in potestate eius aliud
nec aliter appetere ꝙ̄ cognitiua ostēde
ret ⁊ inclinaret. Ipsa eadeꝫ facta iam li
bera. qꝛ nihil aliud est nisi ꝙ vna res in
cludat virtualit̄ plures rationes pfectō
nales ꝙ̄ includeret si eēt sine ratione li
bertatꝭ. ipsa.n.per rōneꝫ libertatis pōt
se moderari in volēdo ⁊ quantū ad h°
qͦ est nō velle illud ad qͦ inclinat affe
ctio cōmodi. ⁊ quantū ad hoc qͦ non
summe velle illud ⁊ exquo pōt mode
rari tenet̄ moderari ſm regulā iustitie
que accipit̄ ex voluntate supiore. Se
cundū hoc ḡ patꝫ ꝙ volūtas libera nō
tenet̄ oī mō velle beatitudineꝫ quo vo
luntas si esset tm̄modo appetitus intel
lectiuus sine libertate vellet eam. sed te
net̄ in eliciēdo actū moderari appetitū
vnde est appetitus intellectiuus. qͦ est
moderari affectionē cōmodi. ne. s. imo
derate vellet. Pōt aūt voluntas seipsā
potens moderari imoderate beatitudi
nem velle que sibi cōgruit triplicit̄ vel
quantū ad intensionē. puta volēdo eaꝫ
maiori conatu ꝙ̄ sibi ꝯueniat. vl̄ quan
tum ad acceleratiōeꝫ. puta volendo cā
sibi citius ꝙ̄ sibi ꝯueniat. vel quātū ad
causam. puta volēdo sibi eam alit̄ ꝙ̄ si
bi cōgruat. puta sine meritis. vel forte
modis alijs de quibus oībus non opor
tet hic curare aliquo istoꝝ modoꝝ est
probabile ꝙ excesserit volūtas eius. s.
vel plus appetendo sibi beatitudinē in
quātū est bonū sibi ꝙ̄ amādo illud bo
num in se. vl̄ plus appetēdo illud bonū

vt obiectum beatificū esse bonū suum
tanq̄ sibi bonū q̄ appetēdo illud ines-
se alij vt deo suo. ⁊ in hoc est summa p
uersitas voluntatꝭ que ē vti fruendis ⁊
frui vtendis s̄m Aug. 83. q. q. 30. Uel
2° mō potuit appetere hīc statim eā cū
tm̄ deus velit cum illā hīc post morulā
vie. vel 3° mō appetēdo eam ex nālibus
haberi non hn̄do eam gratiose cum tm̄
deus velit eaȝ haberi ex meritꝭ. debuit
ḡ libera voluntas moderari affectionē
quantū ad istas circūstantias quas re-
cta ratio habuit ostēdere. qꝛ beatitudo
debuit minus appeti sibi q̄ deo ⁊ de-
buit appeti ꝓ tpe ꝓ quo deus uoluit ⁊
ex meritis ꝓ quibus deus voluit eam
debere appeti. ergo si aliquo istoꝝ mo
doꝝ sequebat affectioēȝ ꝯmodi nō mo
derando eam p iustitiā hoc est p infusā
si habuit vel acq̄sitā vel innatā siue nā
lem que ē ipsamet libertas peccauit.

Per hoc ergo ad
argumenta. Ad primū voluntas nālis
non est de se imoderata sed tm̄ inclinat
per modū nature. ⁊ in hoc non est imo
deratio. qꝛ inclinat sicut accepit inclina
ri. nec est in potestate sua aliud. In po-
testate aūt uoluntatꝭ vt libera est in eli
ciendo actū est tm̄ inclinari vel minus
qn̄ ḡ accipis q̄ voluntas naturalꝭ s ē re-
spectu beatitudīs cōcedo. sed nō actua
liter imoderata actu elicito. nō est. n. in
clinatio appetitus nālis aliq̄s actus eli
citus. sed est sicut pfectio pma. ⁊ hec nō
est imoderata sicut nec natura cuius ē
cum ita inclinatur affectione ꝯmodi in
obiectū suū. q̄ si haberet ex se actū eli-
citum nō posset illū moderari quin eli
cetur summe quātū posset elici. sed vo
luntas vt hn̄s solam affectionē ꝯmodi
nālem nō est cā alicuius actus eliciti sȝ
tm̄ vt libera. ⁊ ideo vt eliciens actū ha
bet vnde modereṫ passionē. Quādo ḡ
accipiṫ q̄ voluntas cōsona volūtati na
turali semp est recta. qꝛ ⁊ illa semp ē re

cta. Rndeo ⁊ dico q̄ si ꝯsonat sibi i
eliciendo actuȝ sicut illa eliceret si ex
sola ageret non est recta qꝛ hȝ aliam r
gulam in agēdo q̄ illā non hr̄et si ex
sola ageret. teneṫ. n. sequi voluntatē s
periorē in moderādo illā inclination
nālem exquo in ptāte eius ē modera
vel nō moderari. qꝛ in ptāte eius ē n
summe agere vl' nō tantū quantū pō
Ad 2m dico p idē q̄ nō est in ptāte i
tellectus moderari assensuȝ suū veris
apprehēdit. naȝ quantū ōn̄diṫ verita
principioꝝ ex t̄is. vel ꝯclusionū ex p̄i
cipijs tm̄ oȝ assentire ꝓpt̄ carētiā libe
tatis. sed volūtas pōt in se ⁊ in potēti
inferiorib⁹ moderari ne ista inclinati
oino dn̄eṫ in eliciendo actū. vel saltē n
actus eliciaṫ. pōt. n. auertere intellectu
ne speculeṫ talia speculabilia circa qu
inclinareṫ. ⁊ teneṫ auertere si speculat
sit peccatū mālitер intellectui ⁊ forma
liter volūtati. sic ex alia pte voluntat
respectu finis vltimi teneṫ moderari i
clinationeȝ sui ad ipsum ne imoderat
velit aliquo p̄dictoꝝ modoꝝ. Alite
pōt dici q̄ sicut actus intellect⁹ ꝯsider
do p̄ncipiuȝ in se nō pōt esse falsus. it
nec actus volūtatꝭ amādo finē in se po
test esse malus. ⁊ iste actus ē actus ami
citie nō actus ꝯcupiscētie. tm̄ sic actus i
tellectus posset eē falsus attribuēdo v
ritatē p̄me cause alicui p̄n° creato cui
ꝯuenit illa v̄itas. ita actus volūtatꝭ po
test eē malus ꝯcupiscēdo bonitatē vlti
mi finis alicui alij ab vltio fine eo mō
quo nō ꝯgruit alicui alij. Ad 3m dico
q̄ in bonis erat inclinatio nālis ad bea
titudinē tanta quāta erat i malis ⁊ ma
ior si habebāt meliora nālia. qꝛ inclina
tio ista ē s̄m pfectionē naturaliū. tm̄ bo
ni in eliciēdo actū nō vtebanṫ volunta
te s̄m eius rōnē impfectā inquantū. s. ē
tm̄ appetit⁹ intellectiuus agendo. s. tali
mō quo ꝯpeteret appetitui intellectio
agere. sed vtebanṫ volūtate s̄m pfectaȝ
eius rōneȝ qui est libertas, agēdo. s. s̄m

voluntatē eo mō quo ꝯgruit ageꝛ̄ libe
re inquantū liberū agit. Hoc aūt erat
ſm regulā ſupioꝛis voluntatꝭ determi-
nantis. ⁊ hoc iuſte. Et cuꝫ dicit̄ ꝯmodū
non velle nequit. Rn̄deo boni nec po-
tuerunt nec voluerūt nolle ſibi beatitu
dinē etiā ſibi ꝯcupiſcēdo. ſed illā nō vo
luerūt plus ſibi ꝙ̄ deo bene eſſe in ſe. ſꝫ
minus. q꞉ illud velle ita potuerūt mo
derari p libertatē. Et ſi obijcias ꝙ̊ nul
lo modo appetebāt bene ſibi beatitudi
nem ſed tm̄ bene moderabant̄ illud ap
petere. Rn̄deo appetere actū pfectum
vt per illū magis amet̄ obiectū in ſe eſt
ex affectiōe iuſtitie. q꞉ vnde amo aliq̄d
in ſe inde nolo aliq̄d in ſe. ⁊ ita boni po
tuerunt appetere beatitudinē vt hn̄tes
illā pfectius amarent ſummuꝫ bonū. ⁊
iſte actus ꝯcupiſcendi beatitudinē eſſet
meritoꝛius. q꞉ nō vtit̄ fruēdo ſed fruit̄
eo. q꞉ bonū qđ cōcupiſco mihi ad hoc
ꝯcupiſco vt plus ameꝫ illud bonū in ſe
Viſo igit̄ de p° inoꝛdinate ꝯcupito pōt
poni ꝙ inoꝛdinate vlterius ꝯcupiuit ſi
bi aliqđ bonū. ſ. excellētiaꝫ reſpectu ali
oꝛum. vel habuit inoꝛdinatū nolle no-
lendo. ſ. oppoſita eoꝝ que ꝯcipiuit pu-
ta nolendo beatitudinē ſibi min⁹ ineſſe
ꝙ̄ deo in ſe. ſiue ꝙ̄ deū eē. vel nolendo
expectare beatitudinē vſqꝫ ad terminū
vie. vł nolēdo eam hr̄e ex meritꝭ ſed ex
ſe. ⁊ ex ꝯſequente nolēdo ſubeſſe deo. ⁊
tandē nolendo deū eſſe. in quo tanꝙ̄ in
ſummo malo conſummata videt̄ mali
tia. ſicut. n. foꝛmaliter nullus actus eſt
melioꝛ ꝙ̄ deū diligere. ita nullus peioꝛ
eſt ꝙ̄ deū odire. Sed hic eſt vnū du
bium an. ſ. aliq̄s poſſet appetere deum
nō eſſe. q꞉ ſicut nihil pōt eē obiectū vo
litionis niſi ſub rōne boni. ſic nec noli-
tionis niſi ſub rōe mali. in deo aūt nul
la apphēdit̄ ab angelo rō mali. nec po
teſt dici ꝙ ꝓpter iuſtitiā poſſit odiri. q꞉
in ſua iuſtitia nō apprehēdit̄ aliqua rō
mali ſicut nec in ſeipſo. licꝫ. n. in effectu
eius appareat rō mali aliqua. nō tm̄ in
ipſo. ⁊ ſi hoc eſt verū tunc ē dicendum
ꝙ odiū non eſt reſpectu dei in ſe. nec re
ſpectu iuſtitie eius. ſed quātū ad effectū
appropriatū pfectioni iuſtitie. ⁊ p hoc
pōt dici ad illud pſal. Supbia eoꝝ qui
te oderunt ⁊c̄. nō quantū ad ipſū in ſe:
ſed volēdo iuſtitiā eius nō vindicātē: ⁊
ſic nolūt iuſtitiā eius quantū ad effectū
vindicantē. ſed ſi h° verū ſit tūc ē dicen
dū ꝙ odiū dei nō eſt maximū peccatū.
q꞉ nō reſpicit deū in ſe. ſed eſt ꝯ ipſū in
ꝯparatione ad affectū. ſiłiter tūc ſequit̄
ꝙ amare deum nō habeat actū directe
ꝯtrariū. ſed tm̄ ꝯ̄rie dilectioni effect⁹ in
quo tanꝙ̄ in ſūmo malo ꝯſuumma vr̄
malitia. ſicut. n. nullus actus foꝛmalit̄
melioꝛ eſt ꝙ̄ deū diligere. ſic nec aliquiſ
act⁹ foꝛmalit̄ peioꝛ ꝙ̄ deū odire. Quā
tum ad 2^m articulū reſtat videre de im
moderato amoꝛe amicitie. q̄le peccatuꝫ
fuit. ⁊ de imoderata cōcupiſcenſcia bea
titudinis quā cōcupiuit ſibi ſm aliquē
trium modoꝝ expſſoꝝ. ⁊ de imodera-
to nolle ꝯſequente. ⁊ hoc q̄lecunqꝫ nol-
le inoꝛdinatū p̄dictoꝝ fuerit. Quan-
tum ad pꝛimū dicitur ꝙ fuit ſuperbia.
⁊ videtur eſſe intētio. Aug. i4°. de tri.
c. i7°. vbi vult ꝙ pꝛeſumptio eſt nimis
placere ſibi. ⁊ ideo ſuperbi in ſcriptura
dicuntur ſibi placētes. ergo iſta immo
derata dilectio ſui ꝓpꝛie fuit ſuperbia.
⁊ ita pꝛeſumptio. Sed hic videt̄ du-
bium. quia ſi ſuperbia ꝓpꝛie ſit immo-
deratus appetitus pꝛopꝛie excellentie ⁊
immoderata cōplacentia ſui non vide-
tur eſſe pꝛopꝛie imoderatus appetitus
pꝛopꝛie excellentie quomodo igitur ſu
perbia. Item 2° pꝛeſumptuoſus vide-
tur pꝛeferre ſe alijs vel in bonis que ha
bet vere vel in his que reputat habere
de ſe. amoꝛ autē ſui imoderatus nō vi-
detur eſſe talis pꝛelatio ſui. quia eiuſdē
rationis videtur eſſe in malitia imode
rate ſe amare amoꝛe amicitie: ⁊ alium
vt ꝓximuꝫ. ſed amando aliū imodera-
te nullus dicit̄ ſupb⁹ vel p̄ſumptuoſus

sed magis luxuriosus. ergo nec sic amando
se. Item nõ peccant pͥmo in appetẽdo
excellentiã respectu alioꝝ vt tanꝗ do
minus. quia bonũ sibi ⁊ ad se est prece
dens. nec appetendo excellentiã in opi.
aliorum. quia tũc falsam excellentiam
appetiuisset. Ideo dico ꝙ primũ pec
catum eius nõ fuit supbia ꝓprie dicta:
sed ꝓpter delectationẽ quam importa
bat magis videt reduci ad luxuriaz. sicut
peccatũ quo inordinate delectat quis i
speculatione ꝯclusionis geometrice ad
luxuriã reducit. Ad ista dico ꝙ amãs
aliquod bonum imoderate vult illud
immoderate esse magnuz bonum imo
maximũ. ⁊ ideo imoderate. quia absqꝫ
eo ꝙ velit aliquid aduenire ꝑ quod cre
scat vult illud magis eẽ in se ꝗ sit. ⁊ qñ
non põt ad hoc attingere vt illud in se
sit maius ꝗ est. quia hoc ẽ impossibile
vult ex ꝯsequenti illud esse maximũ sicut
potest esse maximũ. vel in cõparatione
vt. s. presit bonis. vel in opinione. vt. s.
opinent bonum suum esse maximũ. iõ
voluntas ꝑeminendi vel dominãdi su
per alios omnes sequit illud velle quo
quis vult imoderate bonũ suum. Di
co igitur ad primuz argumentũ ꝙ pre
sumens vt ꝑsumptio est prima species
superbie nõ vult bonũ suum ꝑeminere
bonis alioꝝ sm aliquam superiorita
tem. nec etiã vult ꝑeminere illud sm fa
mam sicut ẽ de illo qui appetit laudez
sed vult illud magnũ esse sm se magnum.
⁊ ita magnũ ꝙ sine alicuius alteri⁹ ad
uentu vult illud eẽ maius omnib⁹ aliis
que nõ ita diligit. hoc modo põt conce
di ꝙ imoderata dilectio sui que est ra
dix ciuitatis diaboli est ꝑsumptio. quia
quilibet imoderate se diligẽs vult se eẽ
tantũ bonum quantũ posset ꝓportio
nari actui quo se diligit. Et hoc modo
põt exponi Aug. 14°. de trini. ⁊ bene ꝙ
si placens imoderate est supbus. ⁊ hoc
prima specie supbie. ⁊ hoc nõ appeten
do excellentiã que est quedã relatõ. sed
appetendo excellentiam. i. magnitudi
nez in se ex qua magnitudine sequitur
eius excellentia ad alios. Ad 2m dico
ꝙ ꝑsumptio non est peccatũ intellectus
quasi intellectus ꝑsumptuosi iudicare
vel ostenderet se esse tantũ quantus nõ
est. sed est peccatũ volũtatis imoderate
appetentis bonũ suum esse tantũ quan
tum nõ est. ⁊ ex hoc sequit excecatio in
tellectus. sed quãdo addit ꝙ etiaz illud
velle sui imoderatũ nõ videtur supbia
sicut nec velle imoderatum alterius.

Rñsionẽ quere. Quãtũ vero ad de
ordinationez velle ꝯcupiscẽtie videt ꝙ
ille appetitus beatitudinis nõ fuerit ꝓ
prie supbia. nõ quidez quantũ ad eius
primã speciez patz. quia ꝑsumptio sm
ꝙ expositũ est in precedẽti articulo. si ꝑ
tinebat ad pͥmuz velle inordinatũ ami
citie nõ pertinet ad aliquod velle inor
dinatum cõcupiscentie. ⁊ si ad aliquod
debeat reduci videt magis cõsonare cũ
peccato luxurie. lz enim ꝓprie luxuria
sit in actib⁹ carnis. tamẽ omne delecta
bile imoderate appetituz inquantũ de
lectabile potest dici luxuria si nõ est ex
cellentia appetita qualis nõ fuit ista ap
petitio beatitudinis. Quantuz ad de
ordinationez tertiũ. s. nolle satis patet.
quia quodlibet istoꝝ nolle inordinato
rum fuit ira vel inuidia. Et si obiicia
tur de ipso cõcupiscere inordinato ꝙ nõ
fuit peccatũ luxurie. ergo fuit ꝓprie aliquod
aliud peccatũ. ⁊ nõ videtur ꝑ diuisiõez
ꝙ fuerit aliud ꝗ supbia. ⁊ ꝓbatur diui
sio per illam famosam ⁊ cõmunẽ diui
sionem peccatoꝝ mortaliũ in. 7. Re
spondeo siue peccata mortalia distin
guant per habit⁹ malos oppositos bo
nis quales sunt. 7. habitus boni. quatu
or. s. morales. ⁊ tres theologici. siue quod
magis videt per actus bonos quales sunt
actus decez preceptoꝝ. siue sic. siue sic.
nõ esset illa diuisio septẽnaria peccato
rum capitaliũ sufficiẽs. quia pͥmo mõ de
berent eẽ septem peccata capitalia alia

ab istis. siquidē infidelitas ⁊ desperatō
sunt ꝓprie opposita illi septēnario. ⁊ ñ
sunt ꝯtenta sub aliquo istoꝝ septē. 2°
modo deberēt esse decem capitalia ſm
transgressionē decalogi. h ḡ diuisio nō
oportet ꝙ teneat sufficiēs in oībus ma-
lis actib⁹ siue quo ad oēs malos actus
qꝛ iste nō sunt p̄me radices nec forte p̄n
cipalia peccata sed forte multū cōes ad
alia peccata sicut occasiones peccādi.

Ad argumenta principalia.

Ad primū dico ꝙ Aug⁹ loquit̄ de sim
plicit̄ p̄mo peccato. quod fuit inordina
tum velle amicitie. ⁊ illud fuit p̄sūptio
⁊ ꝯcedo ꝙ illa p̄sumptio fuit simplicit̄
primū peccatū. sed non vt est p̄ma spēs
superbie ſm ꝙ ꝓprie sumit̄. Ad aliud
de illa diuisione Jo. patꝫ ꝑ hoc ꝙ p̄mit
tit omne qđ est in mūdo. ita ꝙ peccata
quibus coīter peccant hoīes ꝯtinentur
sub illo trinario. sed nō oꝫ primū pecca
tum spūale angeli quo angeli primitus
peccauerūt sub isto peccato carnali cō-
tineri. imo illud peccatū ꝯcupiscēdi in
2° gradu si deberet reduci ad aliqđ isto
rum magis deberet reduci ad ꝯcupiscē
tiam oculoꝝ. sicut. n. in nobis ad cōcu
piscentiā oculoꝝ spectāt imoderati ap
petitus alicuius visibilis pulchri. ita ⁊
in eis ad ꝯcupiscentiā oculoꝝ debet spe
ctare imoderatus appetitus delectabi-
lis. Ad 3ᵐ patꝫ ꝙ ista diuisio ꝑ septē-
nariū istuꝫ de peccatis capital. b⁹ nō est
sufficiēs ꝯparando ad actū ꝯcupiscētie
nisi ꝑ quandā reductionē. ⁊ sic pōt ꝯce
di ꝙ reducit̄ ad luxuriā sicut oīs inordi
natus appetit⁹ delectabilis vt delectabi
le ad ꝯcupiscentiā oculoꝝ. Ad. 4ᵐ di
co ꝙ nō fuit vnicū peccatū tm̄. qꝛ fuer̄t
multa pctā sicut dictū fuit di. 5. Et cū
dicis ꝙ p̄mū fuit irremediabile. dico ꝙ
qñ peccauit 2° pctō cum adhuc fuerit in
via. ⁊ ꝑ ꝯñs qñ peccauit 2° pctō potuit
penitere de p̄° pctō. ⁊ ita p̄ᵐ peccatuꝫ ex
se nō fuit irremediabile. qꝛ si penituissꝫ
inuenisset veniā ⁊ misericordiā. tñ exq̄
in illo pctō deuenit ad t̄minū oīa pctā
eius facta sunt irremediabilia. oē. n. pec
catum alicuius pctōris ꝑdurās vsqꝫ ad
terminū vie ē irremediabile. ⁊ q̄lit̄ ista
irremediabilitas sit tm̄ ex lege dei nulli
hñti gratiā cum fuerit in rio dicet̄ di. 7
nego igit̄ qđ assumit̄ ibi tm̄ esse vnum
pctm̄. vnde incepit malitia demonis ab
imoderato amore sui. qđ nō erat maxi
mum pctm̄ ⁊ ꝯsummebat̄ in odio dei.
qđ est maximū pctm̄ qđ sequebat̄ ex h⁹
qꝛ nō potuit hr̄e volita manente deo. ⁊
iō ex inordiato appetitu p̄⁹ potuit deū
velle nō esse. ⁊ ita odire. Ad p̄ᵐ argᵐ
in oppositū dico ꝙ p̄ᵐ pctm̄ nō fuit ma
ximū. sic. n. in bonis ꝓcedit̄ a mag bo
nis ad min⁹ bona. s. a dilectiōe finis ad
dilectionē eoꝝ que sunt ad finē. ita eꝯ.
in malis a minus malo ꝓcedit̄ ad ma-
gis malū. iuxta illud Aug. 14. de ciui.
dei. c. vlti. amor sui vsqꝫ ad ꝯtēptū dei.
Alia duo argumēta. s. de passione ira-
scibilis respectu ꝯcupiscibilis. ⁊ de ap-
petitu excellētie loquendo de excellētia
ꝓut dicit ꝯparationē excellēt ad alios
posset cōcedi ꝙ quantū ad actū ꝯcupi-
scentie non p̄mo cōcupiscit excellentiaꝫ
que est passio irascibilis vel cōcupiscibi-
bilis. sed ꝑfectissimā beatitudinē. tñ si
loquat̄ de primo velle inordinato ami-
citie potest dici ꝙ iste nō erat actus nec
passio irascibilis sed ꝯcupiscibilis. si. n.
concupiscibilis est cōcupiscere bonum
amato. eius est amare bonuꝫ amatum
cui cōcupiscit illud bonū.

Jrca distinctōnem septimā

quero vtrū ma
lus angelus velit necīo male.
ꝙ nō. Jaco. 2°. Demones credūt ⁊ ꝯtre-
miscunt. isti aūt vt videt̄ sunt actus bo
ni. ḡ ⁊c̄. Preterea in eis manet imago
ſm illud psal. Jn imagine ꝑtransit hō.
⁊c̄. in hoc ḡ sunt capaces eius. in hoc. n.
imago dei est in aīa quo capax dei est.

ꝛ particeps eius esse pōt ₰m Aug. 14. ꝺ
trini. 8. nō possunt aūt ꝺeū capere nec
participes eius fieri nisi per actū bonū
ergo in illis possunt eē actꝰ boni. Pꝛe
terea Dionysius. 4. ꝺe ꝺiui. no. In ꝺe-
monibus manent nālia integra. ǧ libe-
rum arbitriū integruȝ. sed posse peccar̃
nec est libertas nec pars libertatis ₰m
Ansel. ꝺe li. ar. c. 10. Liberū enim arbi
trium ē potestas seruandi rectitudineȝ
ꝓpter se. ǧ habēt libertatē libꝛi arbitrij
quantū ad illud qꝺ est ꝑ se quod est be
ne velle. ergo possunt bene velle. Pꝛe
terea nullus intellectꝰ est ita auersus q̇n
possit intelligere aliqꝺ verum. qꝛ ṗma
pꝛincipia omni intellectui sunt nota ex
terminis. ǧ nulla voluntas ē ita auersa
ab vltimo fine q̇n possit velle vltimuȝ
finem. ꝯsequentia patȝ per illā similitu
dinem phi. 2. phys. ꝛ. 7. ethi. Sicut ṗn
cipium in speculabilibꝰ sic finis in mo-
ralibus. ꝓbatur etiā aliter ꝯsequentia
quia omnis malus est ignoꝛās. 3. ethi.
ergo nō est malitia in voluntate sine er
roꝛe in intellectu. ǧ vbi nō potest intel-
lectus excecari circa obiectū vt intelligi
bile. ibi nec voluntas poterit obliquari
circa idem vt appetibile vel amabile.

Item si necessario male volunt. ꝛ sem
per sunt in actu volēdi. quia nō habēt
aliquod impedimentū. ǧ semper male
volunt. ꝛ ita in infinitū augēt malitiaȝ
suam. sed ex lege iustitie ꝺiuine agumē-
to culpe coꝛrespondet augmentū pene.
ergo in infinitū cresceret pena eoꝛuȝ. ǧ
nunq̄ erunt in termino. Sequit̃ etiaȝ
aliud incōueniens ꝙ pari ratiōe posset
augeri charitas i infinitū in bonis si in
istis posset augeri malitia. ꝛ ita sequit̃
ꝙ boni nūq̄ essent in termino beatitu-
dinis. sicut nec mali in termino malitie
qꝺ est incōueniēs. Pꝛetea nullū violē-
tum ē ꝑpetuū. ṗº ce. ꝛ mun. quia est cō-
tra inclinationē eius cui inest. ꝛ ideo si
ipsum sibi ꝺimittat̃ redit ad oppositū
eius. sicut aqua si ꝺimittat̃ sibi redit ad
frigiditatē. sed malitia est ꝯtra nām ₰m
Dam. ǧ nō est ꝑpetua. non igit̃ necc̃ie in
est voluntati. Ad oppoᵐ. in psal. sup
bia eoꝝ qui te oderūt ꝛc̃. sed hoc ñ po
intelligi intensiue. qꝛ ita nō esset aliq̄
malū intensiue quo nō eēt maius mali
ǧ ꝺebet intelligi extēsiue. ꝛ ita semꝑ pec
cant. Hic ponit̃ ꝺuplex rō ꝯtinuatōis
malitie in eis. ṗmo sic. Appetitꝰ ꝓpoꝛ
tionat̃ sue apṗhensiue a qua mouet̃ si
mobile motoꝛi. angelus aūt apṗhēdit
imobilit̃ sine ꝺiscursu qꝺ intelligit hō
per rōneȝ in qua viā hȝ ꝺiscurrendi ad
vtrūqȝ oppositū. igit̃ voluntas angeli i
mobilit̃ adheret post ṗmaȝ apṗhensio
nem ꝯpletā. voluntas aūt hois post vo
litionē ꝯpletā sequentē ratiōeȝ adheret
mobiliter. ꝛ ideo lȝ voluntas angeli an
teq̄ firmasset se ꝑ volitionē ꝯpletā fuis
set mobilis ad opposita. alioquin ñ po
tuisset indifferent̃ peccasse vel meruisse
tñ post pꝛimā electionē imobilit̃ adhe-
sit ei qꝺ elegit. ꝛ ita radicabilit̃ ex imo-
bilitate cognitiue factus est bonus ipec
cabilis. ꝛ malus impenitēs. Alia via
ponit̃ sic. ꝙ voluntas quāto ꝑfectioꝛ tā
to ꝑfectius imergit se in volibili. volun
tas separata a coꝛpoꝛe q̄lis est angelica
est oīno ꝑfecte libera. nostra aūt coꝛpo
ri coꝛruptibili ꝯiuncta hȝ libertateȝ ꝺi-
minutā. ꝛ ideo lȝ nostra habeat liberta
tem. illa tñ maxime hȝ libertatē que est
oīno seꝑata a coꝛpoꝛe. volūtas etiā no
stra seꝑata vel existēs in coꝛꝑe incoꝛru-
ptibili imobilit̃ se imergit i obiecto. ita
vt ab illo resilire nō possit. Modus as
signat̃ ex illo ꝓuer. Peccatoꝛ cum in ꝓ
fundū ꝑuenerit ꝯtemnit. q̄n est ǧ volū-
tas ꝑfecte libera p̄cedente electione ꝑfe
cta efficacit̃ currit in volitū ponēdo ibi
finem. veniēs aūt ad obstaculū finderi
sis nō ibi sistit. sed ꝯtemnēdo impingit
ꝛ illā etiaȝ retundit̃. vt se retrahere nec
velit nec possit velle. vt si ferrū impin-
gat̃ ossi retundit̃ nec retrahi pōt nec ea-
dem virtute qua imittit̃ nec maioꝛi.

Contra cōclusionē

quā tenent iste due opiniones videt͛ eē auctoritas Aug. d̾ fide ad Pe. c. 5. vbi sic ait. si possibile essʒ vt hūana nā que postq̄ a deo auersa est bonitatē ꝑdidit voluntatꝭ ex seipsa rursus eam hr̄e posset multo possibilius hoc hr̄et nā angelica que quanto min᷒ grauat͛ corporis terreni pōdere tanto magis hac esset ꝑdita facultate. ⁊ h° hīe posset. Arguitur igit͛ sic. si voluntas hūana ex se possit redire ad iustitiā multo magis volūtas angelica. g̊ illa nec ꝓpter imobilitatem sue potētie cognitiue qualis nō est cognitiua volūtatꝭ nostre. nec ꝓpꝫ plenam libertatē eius ex h° ꝙ est sepata a corpore est ipossibilis redire ad iustitiā postq̄ peccauit. imo ſm eum magis videt͛ possibilis q̄ nostra. P. ꝯ cōclusionem istā arguo p° sic. Nō tm̄ voluntas angeli dānati est obstinata. sʒ etiā hoīs dānati. ⁊ oʒ vtriusq̄ assignare cām cōmunē ſm ꝙ videt͛ Aug᷒ dicere de fide ad Pe. paulopost lr̄am ꝑallegataʒ. vbi vult ꝙ sit vna cā cōis quare deus iudicabit simul spūs hūanos ⁊ angelos dānatos. ⁊ ideʒ videt͛ velle de ciui. dei. sed neutra istaꝝ pōt poni cā obstinatōnis hoīs dānati. g̊ nec angeli. ꝓbatō assumpti. qꝛ aīa ꝯiuncta nō hʒ cognitiuaʒ imobilit͛ apꝑhendentē sicut angelus ſm primā viam. nec vt se imergat in volitum ⁊ imobilit͛ ſm ꝑfectā libertatē ſm secundā viā. g̊ oʒ assignare causam istius obstinationis in aīa qn̄ est separata aut g̊ tunc ante oēm actū elicitū ē obstinata. ⁊ ꝑ ꝯn̄s neutra ꝑdictaꝝ cāꝝ ē cā obstinationis sue. qꝛ anteq̄ velit aliq̄d ſm actū intellectus imobiliter apꝑhendentis vel ex plena libertate quā hʒ separata est obstinata ꝑ aliquē actū quē elicit sepata qui ſm ꝑmā viā sequit͛ apprehensionē intellect᷒ sepati imobilem vel pennes ſm secundā viā ex sua libertate imergit se in volitū. sed hoc 2^m videtur incōueniens. qꝛ sepata nō demeret. sed tm̄ ꝑ actus quos habuit ī via recipit qd̾ meruit vel qd̾ demeruit. g̊ nullum actū habet ꝑcedentē obstinationē per quē reddat͛ obstinata. Et possʒ cōfirmari de Lazaro quo mortuo intellectus habuit apꝑhensioneʒ aīe sepate ⁊ eius voluntas habuit plenā libertateʒ qꝛ tunc separata. ⁊ tn̄ ex neutro istorū imobiliter voluit qꝛ tunc fuisset impeccabilis si bonus vel obstinat᷒ si malus quoꝝ vtrūq̄ est falsum. qꝛ adhuc erat viator nisi fingat͛ ꝙ de᷒ miraculose suspendit eum ab opatione qualis consequitur aīam separatā ꝓ tanto. qꝛ ꝑordinauerat eum resurrectuꝝ. sed h° non videt͛. qꝛ multa dicit͛ narrasse que viderat. Preterea 2° causa totalis nō alit͛ cāt nisi ipsa ſm ꝙ cā alit͛ se habeat. ⁊ h° qn̄ nō ponit͛ aliqua diuersitas ex parte passi vel aliquoꝝ impedimētoꝝ extrinsecorum. sed volūtas vt ꝑor nālit͛ actu suo est cā actus sui qd̾ est manifestū ex hoc ꝙ est cā libera actus sui que libertas n̄ est eius nisi vt ꝑor actu suo. qꝛ vt ē sub actu habet actū vt formā naturalē. pʒ etiam. qꝛ aliquid vt est sub effectu tāq̄ forma eius posterius est. sicut cōpositū est posterius forma sua. 7° meth. volūtas ergo nō aliter se habet in eliciendo actum nisi aliter se habeat inquantū ē prior actu. Sed ꝑ hoc ꝙ ponit hr̄e actum inherentē sibi ipsa nō alit͛ se habet inquātū est ꝑor naturalit͛ actu. quia lʒ alit͛ se habeat inquantū ē sub actu quātum videlicet ad aliqd̾ accn̄s. nō tamē quantū ad suā naturā ſm quā est talis actus ꝑmus qui est volūtas. g̊ ipsa sub quocunq̄ actu intelligat non aliter se habebit in eliciendo actum quēcunq̄. g̊ per nullū actū vel habitū qui potuerit poni in ea separata. qui non pōt poni in ea cōiuncta erit ipsa opposito modo eliciens actum bonū vel malum illi modo quo ꝑus eliciebat. ⁊ ita si ꝑus cōtingenter egit ꝑ nihil tale in ea positum

necessario eliciet. Et ꝯfirmat ratio. qꝛ nulla causa 2ª pōt esse cā p̄ncipali cause agendi opposito mō illi que cōuenit principali agenti ex sua cālitate. sic enī cū p̄ncipalis nō esset principalis. qꝛ deteminaret ad oppoᵐ modū a cā 2ª ad agēdum suo ꝓprio mō agēdi. ergo cum volūtas sit cā p̄ncipalꝭ sui actꝰ qōcūqꝫ ponat in volūtate respēu actꝰ eius. vel nō erit cā actꝰ sic eliciēdi. vel si sit cā est 2ª cā respectu voluntatꝭ ⁊ nō cā principalis. sequit ergo ꝙ voluntas ꝑ nihil aliud determinat ad agendū. Preterea sicut fuit dictū di. 5. ⁊. 6. tam bonus q̄ malus angelus habuit tēpus vie. ita ꝙ non tm̄ ꝑ instans fuit viator. sꝫ habuit malus angelus diuersa peccata ordinata. puta ex actu amādi se eliciebat actū ꝯcupiscendi sibi summuꝫ cōmodū. ⁊ ex illo actū excellentie quo voluit habere illud cōmodū nō sub regula voluntatꝭ superioris sed ꝯtra eam. ⁊ tandē actū odiendi deū qui restitit sibi in illud appetēdo. ⁊ nō habuit oēs istos actꝰ distinctos simul. ergo qn̄ demerebat 2° peccato adhuc fuit in via. ⁊ tamen peccauerat iam primo peccato ex p̄ma electōe. ergo nō qualiscunqꝫ imobilis app̄hensio vel qōcunqꝫ primū peccatū vl̄ plena imersio in obiectum fecit ipsuꝫ ipenitentē. qn̄cunqꝫ. n. aliquo istorum peccatoꝝ peccauit sistebat in via. ⁊ nō fuit idem peccatū cum pctō precedēti. Preterea ꝯtra p̄mam viā arguit spāliter. p̄mo qꝛ ipsa supponit falsum. s. ꝙ intellectus sit sufficiens motor voluntatꝭ sicut declarabit di. 25 huius. 2. 2°. hoc falsum repugnat dictis eoꝝ in ista positiōe dupliciṫ. p̄mo quia cum intellectus angeloꝝ ante p̄mū peccatum fuit rectus in app̄hendēdo. non enim pena p̄cessit culpā. ergo mouit volūtatem ad aliquid recte appetendū. nec potuit aliter mouere qꝛ intellectus mouet per modū nature. ⁊ per ꝯsequēs nō potest mouere nisi ꝫm modū cognitionis quā habet. ergo mouit volūtatē ad recte volendū. ergo voluntas illa nunq̄ potuit peccare. 2° cōtradicit illud falsum positioni eoꝝ. qꝛ si ex ratione motoris ⁊ mobilis sit talis ꝓportio volūtas nō tm̄ esset imobilis post p̄mā electiōeꝫ voluntatis. sed in ipsa p̄ma vel ante p̄mā qꝛ intellectus eoꝝ sicut imobiliṫ ostēdit aliquid post primā electionē ita ⁊ ante eam. ⁊ si ipse imobiliṫ app̄hendens mouerat appetitū imobiliṫ. ergo in p̄mo actu mouebitur imobiliter. ⁊ per ꝯn̄s non tm̄ post p̄mū actū. Pretea ex illa via videt sequi ꝙ cum ꝫm eos angelus fuerit creatꝰ in gratia. ⁊ sic habuit aliquem actum in gratia. quia nō est verisimile ꝙ in primo instāti fuerit otiosus. quia nō fuit impeditꝰ. ⁊ si fuisset tūc otiosus peccasset forte peccato omissionis. nec simul cum gratia peccauit planuꝫ est quia aliquādo ꝫm gratiam habuit bonā electionem ⁊ plenā. qꝛ sequentē perfectam apprehensionē intellectus. quia ꝫm eos nō est nisi talis app̄hensio in eis. ⁊ hoc imobiliter ⁊ nō per discursum. ergo quilibet in illa electiōe p̄ma bona firmauit se ⁊ factus est impeccabilis. Preterea differētia de volūtate hominis ⁊ angeli nō valet. quia ⁊ si intelligat angelus sine discursu qō ꝫm eos homo itelligit ꝑ discursum tn̄ intellectus hominis nō mobiliter adheret illi ad qō discurrit. ita enim certitudinaliṫ hoc est nō dubitando tenet ꝯclusionē ad quam discurrit. sicut angelus tenet eam videndo eā in principio sine discursu. ergo ista immobilitas intellectus humani hoc est certitudo haberet eque imobilē voluntatē sicut illa alia que ponit in angelo. Quod etiaꝫ negat ab angelis omnis discursus non videt ꝓbabile sicut ꝓbatur supra in ꝓemio primi libri questiōe illa. vtrū theologia sit sciētia. Cōtra secundam viam arguit specialiter. quia sicut agēs naturaliṫ non dominatur actui sic nec modo agēdi. ⁊ per oppositū sicut agēs liberum dominat sue actioni sic ⁊ mō

agendi. ⁊ per ꝯsequens in potestate eiuſ est intenſe vł remiſſe agere. igiẗ nõ oportet ꝙ ex hoc ꝙ volũtas ꝑfecte libera ꝙ cum summo conatu se imergat in obiectum. imo ipſa magis dominaẗ ſibiipſi cum quãtocũꝗ conatu tendat in obiectum. ⁊ ita libere fertur in quodcunꝗ obiectũ fertur ⁊ poſſet etiam de abſoluta eius libertate non ſic ferri in illud.

Hoc etiam cõfirmaẗ. quia non videntur omnes angeli mali ex ſummo conatu peccaſſe ſicut nec omẽs boni ex summo conatu meruiſſe. aut ſaltẽ poſſibile fuit nõ ſm totam facultatez nature ſue elicere actum. Preterea eodẽ ṗncipio tendit aliquid vel moueẗ in terminum ⁊ quieſcit in termino. ergo ſi volũtas ꝑfecte libera ex ꝑfecta libertate ſua tẽdat in obiectũ ex eadem libertate quieſcit ĩ obiecto. ergo ex tali plena libertate tendendi in obiectũ quali angeli mali peccauerunt nõ neceſſario ſequiẗ quietatõ eius in illo. ſed tñ voluntaria ⁊ contingens ſicut cõtingenter tendit in illud.

Preterea ſicut tactũ fuit ſupra cõtra ambas vias nõ poteſt dici ꝙ voluntas anime ſeparate per aliquẽ actum quez tunc eliciat reddat ſe obſtinatã. qꝛ priuſ naturaliter ꝙ̃ ipa ſeparata aliquẽ actũ eliciat eſt obſtinata. quia ẽ in termino. ergo per aliquẽ actum quẽ eliciebat in corpore reddidit ſe obſtinatũ impingẽdo tunc in ſyndereſim. ſed hoc eſt falſũ tum quia viatoꝛ. tum quia põt aliquis ex minoꝛi conatu peccaꝛ̃ illo peccato ꝓpter quod damnetur ſi nõ ſequaẗ penitentia ꝙ̃ quo alius peccat. vel ipſemet alio peccato quod deleẗ ꝑ penitentiaz.

Preterea cõtra exemplũ eiuſ de ferro acuto impingendo in os quãuis videẗ exemplũ illud ⁊ tota poſitio ſimilis poſitioni Eſiodi 3° meth. qꝛ imoꝛtales facti ſunt qui guſtauerũt nectar ⁊ mãna. quoſ ibi deridet phs. quia deſpexerunt intellectũ noſtrũ. non enim põt intelligi ſm phm ibi. quid diciẗ per tales ſermones parabolicos vł methaphoꝛicoſ vel nec ẽ modus phi vel ſcientifici ſic loqui tñ accipiẽdo exemplũ ꝓ quãto põt eſſe ad propoſituz poteſt reduci ad oppoſitum. quare eniz ferrũ acutum infixum duro coꝛpoꝛi nõ põt extrahi a cã vel virtute illa que ipſum infixit ratio eſt. quia partes coꝛpoꝛis magis cõcurrunt in quas impinxit. ⁊ ideo magiſ coartatur illud infixuz ꝙ̃ in ṗncipio quãdo infigebaẗ ſed ſi augmentareẗ virtus motiua ſm augmentationẽ quã addit illa coartatõ partiũ. ⁊ illud infixum remaneret in ſua natura eque rectuz poſſet iam extrahi. ergo cum voluntas impingens in quodcũꝗ remaneat recta ĩ naturalibns licz habeat curuitatẽ hoc eſt quandã diffoꝛmitatẽ quaſi priuatõnem inherentẽ. ⁊ illud cui ſe imergit ñ habeat maioꝛẽ virtutẽ includẽdi ipſaz cum in ſe imergit. quia nõ eſt ĩ obiecto aliquis talis ꝯcurſus ſequiẗ ꝙ volũtas actiua põt ſe retrahere.

Ad ſolutionem iſtius

questioniſ duo ſunt vidẽda. ṗmo. ſ. de gradibus bonitatiſ ⁊ malitie. 2° que bonitas poſſit ineſſe volitiõi angeli dãnati vel ſi aliqua malitia neceſſario inſit. De primo dico ꝙ vltra bonitatez naturalẽ volitionis que cõpetit ſibi inquantũ eſt ens poſitiuũ que etiaz cõpetit cuicũꝗ enti poſitiuo ſm gradũ ſue entitatis magis ⁊ minus. ṗter illam eſt triplex bonitas moꝛalis ſm gradum ſe habens. ṗma diciẗ bonitas ex genere. 2ᵃ poteſt dici bonitas virtuoſa ſiue ex circũſtantia. 3ᵃ bonitas meritoꝛia ſiue bonitas gratuita ſiue bonitas ex acceptatiõe diuina ĩ oꝛdine ad ṗmiũ. Prima cõpetit volitioni ex hoc ꝙ ipſa trãſit ſup obiectũ cõueniens tali actui ſm dictamen recte rõnis. ⁊ nõ ſolum qꝛ eſt conueniẽs tali actui naturaliẗ vt ſol viſioni. ⁊ hec eſt prima bonitas moꝛalis que ideo põt dici ex generꝛ̃ quia ẽ quaſi

materialis respectu omnis boni vlterio
ris in genere moris. Nam actus transi
ens sup obiectũ est quasi formabilis p
quãcunqȝ aliaȝ circũstantiam moralẽ.
⁊ ita quasi potentiale nõ oino extra ge
nus moris sicut fuit ipse actus in generẽ
nature. sed in genere moris qꝛ iam hȝ
aliq̃d de illo genere. puta obiectũ cõue
niens actui. 2ª bonitas ꝯuenit volitio
ni ex hoc ꝙ ipsa elicit a volũtate cuȝ oi
bus circũstantijs dictatis a recta ratiõe
debere sibi ꝯpetere in eliciẽdo ipsaȝ. bo
num eniȝ est ex cã integra ꝑm Diony^m.
4° ð diui. no. ⁊ istud est quasi bonũ in
specie moris. qꝛ iam habet q̃si oẽs diffe
rentias formales cõtrahentes bonũ ex
genere. 3ª bonitas cõuenit actui ex h°
ꝙ presupposita duplici bonitate iaȝ di
cta ipsa elicit ꝯformiter ꝑncipio meren
di qð est gr̃a vel charitas siue ꝑm incli
natiõnẽ charitatis. exemplũ de ꝑmo da
re elemosynã. exẽplũ de 2° dare elemo
synam de ꝓprio pauperi qui eget ⁊ in
loco q̊ meli⁹ põt sibi cõpetere ⁊ ꝓpt dei
amorẽ. Exẽplũ tertij istud opus facẽ ñ
tm̃ ex inclinatiõe naturali sicut potuit
fieri in statu innocentie vel forte mõ po
test fieri a peccatore si adhuc peccator
existens ⁊ nõ penitẽs ex pietate natura
li moueret ad ꝓximũ. sed ex charitate
ex qua faciens est amicus dei inquantũ
respicit opa eius. Hec triplex bonitas ẽ
ita ordinata ꝙ ꝑma ꝑsupponit 2ᵉ. ⁊ nõ
eꝯ° 2ª tertie ⁊ nõ eꝯ°. Huic triplici bo
nitati opponitur triplex malitia. Pri
ma quidẽ malitia ex genere. qñ. s. actus
qui tm̃ habet bonitateȝ nature ex quo
deberet ꝯstitui in genere moris hȝ mali
tiam. qꝛ transit sup obiectũ discõueni
ens. puta si odire trãsit sup deũ. 2ª est
malitia ex aliq̃ circũstantia deordinan
te actũ licȝ trãseat sup obiectũ ꝯueniẽs
ꝑm rectã rõnẽ actui. 3ª est malitia in
demerito. quelibet istarũ malitiarũ po
test accipi ꝯrie vel ꝑuatiue respectu sue
bonitatis. ⁊ vt ꝑuatiue accipit tm̃ ꝑuat

ipsam bonitateȝ. vt accipit ꝯtrarie p[o]
nit aliquid vltra carẽtiã illã repugnã[s]
tali bonitati. Hec distinctio apparet [p]
Boetiũ sup ꝑdicamẽta. c. de qualitat[e]
sed malitia ex genere cõtrarie accepta [⁊]
priuatiue ꝯuertunt. ⁊ ideo sicut int pr[i]
uatiõeȝ ⁊ habitũ imediatũ nõ est me[di]
um. ita bonũ ex genere ⁊ malũ ex ge[ne]
re sunt ꝯtraria imediata. rõ est qꝛ ac[tus]
non põt esse quin trãseat sup obiect[ũ]
⁊ illud necessario est cõueniens vel di[s]
conueniẽs actui. ⁊ ita necessario actu[s]
bonus ex genere ex obiecto ꝯuenient[i]
vl' actus malus ex genere ex obiecto d[is]
conuenienti. malitia ꝑuatiue accepta i[n]
2° modo ⁊ ꝯtrarie nõ ꝯuertunt. põt. n[.]
aliq̃s actus carere circũstantia req̃sit[a]
ad ꝑfectionẽ actus vtuosi ⁊ tñ nõ ẽ eli[ci]
cum circũstantia repugnãte que redd[e]
ret illũ actũ viciosuȝ puta si det elem[o]
sinam pauperi nõ ex circũstantia fini[s]
qꝛ nõ ꝯsiderat nec ꝑm alias circũstant[i]
as requisitas ad actũ virtuosũ. iste qu[i]
dem actus nõ est bonus vel virtuosu[s]
moralit. qꝛ non est circũstantionatus.
nec tñ malus cõtrarie. qꝛ nõ ordinatu[r]
ad finẽ indebitũ. sicut faceret qui dare[t]
elynam pauperi ꝓpt vanã gloriã vl' ꝓ
pter aliquẽ alium finem indebitũ. mali
tia 3°° ꝯtrarie ⁊ priuatiue accepta non
cõuertunt. qꝛ actus põt esse malus ꝑua
tiue ita ꝙ nõ eliciat ex gratia. ⁊ tñ non
erit demeritorius. qð patet ex 2° mem
bro. qꝛ ille actus qui est bonus simplici
ter in genere moris nõ est meritorius. ⁊
tamen nõ omnis actus talis est demeri
torius. ⁊ ita tam in 2° membro q̃ꝫ in h°
3° videtur poni actus indifferẽs qui licȝ
sit malus priuatiue. non tamẽ cõtrarie
quia indifferens. ⁊ de hac indifferentia
dicet alias. Similiter nõ solum ꝓpter
neutritateȝ actus in 2° modo potest esse
neuter in 3° modo. i. nec bonus nec ma
lus accipiẽdo ista contrarie. sed ꝓpter
dispositionẽ ipsius operãtis. puta si in
statu innocentie absqȝ gratia aliquis re

ete egisset fuisset quidē ille actus ꝑfecte
bonus 2° modo. ⁊ tamen nō bonus ter
tio modo. quia nō habuisset ṗncipiuz
merendi. nec malus ꝯtrarie. forte tamē
in statu isto nō est aliquis actus neuter
inter bonū ⁊ malū sumpta tertio mō.
nisi in vno casu quādo actus est bonus
ex circūstantia ad quez nō inclinat cha
ritas. ⁊ ratio ē. quia modo quilibet vl'
est in gratia vl' in peccato. si in gratia ⁊
habet actum bonū 2° modo. ergo gra-
tia inclinat ad illum. ⁊ ita est meritoriꝰ
si autez habet actum malum 2° modo
planum est ꝙ ille est demeritorius. sem
per enim malitia prior infert secundaz.
non ecōuerso. si est malus ⁊ habet actū
malum 2° modo peccat illo actu. si est
malus ⁊ habet actū bonum 2° modo il
le non est bonꝰ tertio modo nec malus
tertio modo. ergo neuter quātū ad bo
num ⁊ malum vt sunt cōtraria tertio
modo. nec tamen est neuter loquēdo d̄
secūdo modo.

De secundo dico

ꝙ angelum maluz nō posse habere vo
litionem bonam potest intelligi de ista
triplici bonitate. Et de illa ṗma que ē
ex genere non est dubium quin habere
possit ⁊ habeat multas volitiōes tran-
seuntes super obiectum cōueniens tali
actui. puta amādo se odiendo penam.
⁊ sic de alijs multis. Sed de alijs duo-
bus modis bonitatis. s. virtuose ⁊ me-
ritorie est difficultas. Et primo viden
dum est de bonitate meritoria. vbi di-
co ꝙ nō potest habere volitionē sic bo-
nam intelligendo in sensu cōpositionis
quia non stant simul ꝙ sit malus ⁊ ha
beat volitionez sic bonam. sicut nec al-
bum potest eē nigrum in sensu cōpositi
onis. quia tunc idem simul esset albuz
⁊ nigrum. Sed in sensu diuisionis pōt
ibi negari aut potētia logica. aut poten
tia realis. si realis. aut illa que dicit ra-
tionem ṗncipij. aut illa que est differē-
tia entis que dicit ordinez ad actum.
De potentia igit̄ reali videndū est quō
non habet potentiā que ē principiū ad
sic volendū. vbi dico ꝙ hoc principiuz
aut intelligitur esse passiuū aut actiuū.
si passiuuz dico ꝙ illud habet. quia vo
luntas est quoddā receptiuū recte voli
tionis. quod enim de se est receptiuum
alicuius recte volitōis ꝙdiu idem in se
manet nō est nō receptiuū illius illa au
tem voluntas fuit aliquādo receptiua
bone volitiōis. quia ante damnationē
potuit meruisse ⁊ fuisse beatus. De
principio actiuo respectu recte volitio-
nis possumus loqui aut de ṗncipio to-
tali volitionis aut principio partiali.
voluntas quidē respectu recte volitōis
est principiū actiuum partiale. sicut ta
ctum fuit di. 17. primi. ⁊ tangetur ī. 25
⁊ illam habet integrā ſm Dionysium.
⁊ eandē quam habuit in statu innocen
tie. ⁊ per ꝯsequens non est verū negare
ab eo potentiā hoc est principium acti
uum partiale volitionis meritorie. sed
istud principiū non est totale. quia nō
sufficit sola voluntas ad meritorie vo-
lendum. sed requirit̄ gratia tanꝙ ṗnci-
pium cooperās. nec ista voluntas est ꝑ-
tiale principiū principale vel sufficiens
ad ponendū partiale principium. s. gra
tiam inesse. quāuis eniz gratia iam ha
bita voluntas vtens sit principale agēs
respectu actus. tamē gratia non habita
ipsa non est sufficiens ad ponendū gra
tiam inesse. quia gratia nō potest eē ni
si a solo deo creante. ⁊ ita angelus non
habet totale principiū actiuum ad agē
dum talem actum. nec est partiale prin
cipium actiuuz in cuius potestate sit ꝓ
ducere reliquū principium actiuū par-
tiale inesse. ⁊ āmouere impedimentum
vsus sui ⁊ sui cōprincipij ad eliciendux
actum ⁊ effectū cōmunez eoꝝ. Exem
plum istius esset. si quis habens visum
esset in tenebris. licz tunc habeat princi
pium partiale actus vidēdi. ⁊ ṗncipale

pꝛincipium videndi quando cõcurrũt
lumen ⁊ potẽtia visiua. nõ tamẽ habet
tunc totale pꝛincipiũ nec pꝛincipiũ pꝛin-
cipale sufficiẽs ad ponendũ illud qȯ re
quiritur ad effectũ istoꝝ duoꝝ pꝛinci-
pioꝛum partialiũ. nec etiã posset ãmo
uere impedimẽta. ⁊ ideo lꝫ iste habeat
potentiã visiuã ꝓ quanto hꝫ pꝛincipiũ
diminutũ respectu visionis. nõ tñ in po
testate eiꝰ esset videre. Ita dico ꝙ in po
testate angeli nõ est meritoꝛie velle. qꝛ
non ẽ in potestate eiꝰ habere grãm. nec
per ꝯñs vti grã. nec etiam vti volũtate
sua cum grã ista ad actũ suũ eliciendũ.
⁊ oẽs he negatiue sunt vere. qꝛ non est
in potestate eius habeꝛ̃ foꝛmã qua vta
tur nec ãmouere impedimenta. Sed
hic est dubiũ. qꝛ quod dictũ est de pꝛn-
cipio actiuo ⁊ si veruꝫ sit cõparãdo ad
effectũ pꝛincipalẽ qui est meritoꝛie age
re ex grã qua meritoꝛie velit. restat du-
bium de pꝛncipio dispositiuo siue acti-
uo ad dispositioneꝫ respectu pꝛncipalis
agentis. An. s. habens voluntatẽ tanq̃
pꝛincipale pꝛincipiũ actiuũ possit se di
sponere ad grãm. ⁊ si hoc videt in ptã-
te eius sit bene velle sicut in ptãte pecca
toꝛis viatoꝛis. non plus. n. põt peccatoꝛ
viatoꝛ malus nisi se disponere. ⁊ tunc
dabit sibi gratia a deo qua bñ postea
agit. Utrum aũt viatoꝛ possit hr̃e ali
quem motũ attritionis ex puris natu-
ralibus existente influentia generali. vł
requirit aliqua operatio spãlis. de hoc
in. 4°. sed supposito ꝙ sic negaret aliq̃s
istam potentiã dispositiuaꝫ ab angelo
damnato. ⁊ diceret eam cõuenire posse
peccatoꝛi viatoꝛi. Sed huic videt ob
uiare auctoꝛitas Aug. supꝛa allegata ȯ
fide ad Pe. que magis cõcedit potesta-
tem angelo lapso redeundi ad bonũ ex
puris naturalibus q̃ꝫ homini lapso. g̊
si homo viatoꝛ põt ex naturalibꝰ suis
habere istã potentiaꝫ dispositiuã mul
to magis angelus. Scd̃m hoc g̊ quã-
tum ad omnia mẽbꝛa de potẽtia vt est

pꝛincipiũ nõ videt negandũ ab angel
posse meritoꝛie velle nisi qꝛ non hab
pꝛincipiũ merẽdi totale nec pꝛincipal
partiale respectu volitiõis bone. nec r
spectu gratie spãlis que requirit ad b
nam volitionẽ. nec tñ codeꝫ modo p
ipse bene velle quo viatoꝛ peccatoꝛ. s
postea dicet. Si autẽ intelligat de pot
tia que est differentia entis. que. s. oꝛd
natur ad actum concedi põt de potẽti
remota. que. s. consequit rõnem pote
tie actiue ⁊ passiue. licꝫ secundario ⁊ d
minute. non tñ potest cõcedi de pote
tia pꝛopinqua. quia illa non exit in a
tum nisi ãmotis omnibꝰ impedimẽti
ita ꝙ habens eaꝫ statim posset exire i
actum qualis nõ est ex illa potẽtia pa
siua quam habet angelus nec ex illa c
partiali que ẽ voluntas. deficit. n. vn
causa partialis que requirit ad agendi
Si intelligat de potẽtia logica que d
cit modũ cõpositionis foꝛmate ab inte
lectu. hoc mõ impossibilitas põt esse
cõpositiõe vel ex repugnãtia intrinsec
extremoꝝ inter se. vel ex aliquo extrin
seco quod requirit ad hoc ꝙ extrema
sint vnita. exemplũ pꝛimi. homo est i
rationalis. exemplũ secũdi. si oculus e
set in tenebꝛis ⁊ impossibile esset illud
opacum causans tenebꝛã ãmoueri im-
possibile esset talem oculũ videre non
quidẽ ex repugnantia intrinseca termi
noꝛum que ẽ oculi ad videre. sed ex re
pugnãtia alicuius extrinseci ad alterũ
extremoꝝ. s. illiꝰ opaci ad videre. Ad
ꝓpositũ g̊ applicãdo dico ꝙ nõ est hic
impossibilitas ex repugnantia intrinse
ca extremoꝛũ. imo in subiecto nõ est re
pugnantia intrinseca ad ꝑdicatũ. siqua
ergo sit impossibilitas erit ex repugnã-
tia alicuius extrinseci ad vnioneꝫ isto-
rum extremoꝝ. Illud extrinsecum nõ
potest esse nisi cã cuius actõ requiritur
ad hoc vt extrema vniãtur talis causa
respectu vnionis gratie ad aliqȯ subie
ctum nõ est nata ẽẽ alia nisi solus deus

tantū igitur erit impoſſibile angelū be
ne velle vl' gratiā habere. quia impoſſi
bile eſt deum ſibi gratiā dare. Impoſſi
bilitas aūt ex parte dei aſſignat duplex
ſ. ex parte potētie dei abſolute ⁊ poten
tie ordinate. abſoluta ē reſpectu cuiuſli
bet quod nō includit cōtradictionez. ⁊
patet q̄ ſic nō eſt impoſſibile deum da
re gratiā illi nature. cum eniz illa natu
ra ſit capax gratie ſicut tactū fuit ſupra
in materia de potētia paſſiua. ſequit q̄
